TOMUS VII.
RERUM
CONCILII
CONSTANTIENSIS
SISTENS
INDICEM
GENERALEM
RERUM ET NOMINUM IN OMNES
VI. TOMOS
A CEL.
HERMANNO VAN DER HARDT
DILIGENTISSIME COLLECTOS,
LOCUPLETISSIMUM, HACTENUS DESIDERATUM.
CONGESSIT MAGNO STUDIO ET PRÆFATIONEM
ADJECIT
GEORG. CHRISTIAN. BOHNSTEDT.

BEROLINI,
Typis CHRISTIANI FRIDERICI HENNINGII.
MDCCXLII.

Digitized by Google

Digitized by Google

PRÆFATIO.

Siſto tibi, Benevole Lector, Indicem generalem locupletiſſimum Nominum & rerum, quæ omnibus VI. Tomis Concilii Conſtantienſis, a Ven. Hardtio magna cum cura editis, comprehenduntur. Indicem eſſe animam Libri, ita, ut, ſi exiguæ ſit molis, inſigni utilitate, ſin vaſtorum Voluminum, abſtruſiſſimarumque fuerit rerum, (uti hoc Opus eſt) magna neceſſitate ſe commendet, nemo, opinor, diffitebitur. Ecquis enim eruditorum hominum eſt, cui, operoſis præſertim munerum functionibus diſtento, vacet, tam vaſta Volumina integra perlegere, nedum ex perlectis tantum excerpere, quantum ad publicam utilitatem in lucem proferre valeat?

Hôc itaque indicis præſtantiſſimo ſubſidio carvit hucusque Opus cetera laudatiſſimum Cel. Hardtii, rati forſan, Faſtos conciſe delineatos, quos, Indicis locum ſuſtinentes, Tomo IV. præmiſit, Lectoris deſiderio abunde ſatisfacturos. Verum, cum primo hi faſti, quantumvis utiliſſimi, (unde Cel. Jacobus Lenfantius eos in compendium redactos galliceque verſos ad calcem Tomi ſui II. du CONCILE DE CONSTANCE, ſubjiciendos putavit) ſint mere chronologici, deinde in ſolum Tomum IVtum concinnati, tum ne vel ſic quidem ita pleni, ut non multa magni momenti adjicienda videantur, denique paginarum allegatione deſtituti; Indicis univerſalis in omnes & ſingulos VI. Tomos neceſſitatem multi Viri docti agnovere. Quocirca Vir honeſtiſſimus, Bibliopola Stetinenſis, Dn. Kunckelius, cum non ſine damno ſuo, aliquot centena exemplaria hujus Operis raros habuiſſe per complures annos emtores, doleret, Indicis vero accedentis ope hos allectum, ſuisque & doctorum id Opus jam poſſidentium commodis rectius conſultum iri, ſperaret, ſuſcepi in me ipſius rogatu hunc Indicis conficiendi laborem; cujus fructum cum eventui, tum periti cujusque harum rerum æſtimatoris judicio relinquendum puto. Ceterum LOCUPLETISSIMI Indicis nomine hunc Tomum VII. cuique Lectori ſe probaturum, prorſus confido: Neque enim quidquam, ſeu rerum, quæ ad argumentum ſubſtratum ullo modo pertinere, vel memorabiles viderentur; ſeu Perſonarum, quæ in hoc Concilii theatro comparent, annotandum ſub ſuis quodque rubris prætermiſi. Patebit hoc Lectori benevolo, ſi illorum præcipua pervolvere voluerit; v. g. CONCILIUM, PAPA, ECCLESIA, CARDINALIS, EPISCOPUS, & cetera infinita. Sic Perſonarum rubra: JOHANNES XXIII. BENEDICTUS XIII. GREGO-

RIUS

Digitized by Google

RIUS XII. SIGISMUNDUS Imperator, Petrus ALLIACENUS, Joh. GERSON, Theodorus VRIE, Joh. ZABARELLA &c. &c. Quin plus B. L. inveniet in albo, quam in rubro: excerpta videlicet rerum memoratu digniſſimarum luculenta & peramœna; hinc ipſa verba autorum ſubinde allegare ipſa rerum emphaſis atque momenta me cöegerunt. Proinde inſervire hic Tomus poterit commodis, non ſolum eorum, qui jam Opus ipſum, ſeu poſſident, ſeu emere cupiunt, verum etiam illorum, qui pretio tam vaſtorum Voluminum abſterriti comparare ſibi ea ægerrime queunt; vel eorum quoque, qui perreptandis & in uſum convertendis iisdem quacunque ratione ſe parum idoneos ſentiunt. Ita concinnam enim rerum per VI. Tomos diffuſarum ſeriem Lector quisque hoc Tomo VII. deprehendet, ut, toto conſpectu ſimul patente, uno obtutu, omnia & ſingula argumenta ordine digeſta diſpicere valeat, campum tam amplum facili ac ſuavi labore ſuperaturus. vid. v. g. CONSTANTIENSE Concilium, ejusque rationes, intimos receſſus ac negotia ſyſtematice digeſta &c. Ceterum easdem res nonnunquam ſub rubris, ſeu iisdem, ſeu diverſis plus vice ſimplici recurrere, neminem offendet: alia enim facie hic, alia iſthic, modo brevius, modo fuſius, hîc per deliberationes, illic per Decreta Nationum occurrunt. Neque mihi ſuccenſebit B.L. quod non omnia rubra fuſiſſimi commatis ſyſtematice inveniat (ſicut pleraque comparent) digeſta; nonnulla enim argumenta (licet pauca) ex 3. vel 4. Tomis ſimul, eademque ex uno vel altero Tomo ſeorſim, diverſa ſcilicet facie, contemplanda exhibere rerum moles cöegit, niſi nimium laboris devorare præter neceſſitatem voluiſſem.

Digeſſeram etiam, & jam plene elaboraveram alterum Indicem Chronologicum, (de quo ſupra) ex omni-

** bus

bus VI. Tomis, adſcriptis horum paginis, reſectis reſecandis, & additis addendis; adjectis inſuper Supplementis quibusdam, magni utique momenti: utrumque flagitante primum Bibliopola, at mutato conſilio, ſumtibus parcendi cauſſa, poſtea abnuente. Collegeram quoque hiſtoriam ſuccinctam Colloquiorum Religionis emendandæ cauſa inde a ducentis & amplius annis inſigni cum fructu Sacræ Reipublicæ inſtitutorum, huic Præfationi inſerendam; verum intra arctiores eam limites, Bibliopola ex eadem ſumtuum minuendorum ratione id jubente, non potui non conſtringere. Itaque alii occaſioni has meas ſervo lucubrationes. Animus enim eſt, ex his VI. Tomis Cel. Hardtii & Jacobi Lenfantii Operibus aliisque ſimilibus rerum Concilii Conſtantienſis & Baſileenſis monumentis, latino ſermone Compendium uno tenore ſyſtematice concinnare, 2. vel 3. Tomis, forma, quam vocant, octava. Quocirca Bibliopolis quibuscunque honeſtiſſimis hos meos labores, ſi præſentes ſe probabunt, offero atque commendo.

Tum vero illud maxime appoſitum fuiſſe videtur, præcipuarum Perſonarum vaſto hoc Opere, ſeu virtutum, ſeu vitiorum in ſpeculo vivis coloribus deſcriptarum poſtremas horas ultimaque fata, vel ex LENFANTII HISTOIRE DE LA GUERRE DES HUSSITES ET DU CONCILE DE BASLE, per modum ſuccinctæ Continuationis, huic Præfationi junctæ, delineare; verum & hoc Conſilium perſequi præſcripta brevitatis lex me vetuit.

Exempli tamen gratia tribus verbis quædam monebo. Johannes XXIII. trium Anti-Paparum facile princeps, & qui poſt Sigismundum Cæſarem in hoc Concilii theatro primam ultimamque ſcenam cum aperuit atque direxit, tum fere clauſit, ad incitas quidem redactus fuit,

ita,

ita, ut legitimo juris ordine ſervato, ſuoque ipſius pleno conſenſu, tot tantornmque criminum convictus, Papatus dignitate publice dejiceretur; verum non ita, (quod tamen traditur hoc Indice tit. Johannes XXIII. p. 72. ſqq. ex locis ibi allegatis) ut in ſqualore carceris & ſummæ miſeriæ luto ad extremum vitæ halitum hæſerit, ſed ex eo emerſit potius ad ſummum, poſt Pontificatum, dignitatis gradum. Etenim Martinus V. ejus ſucceſſor, cujus cuſtodiæ poſtremo a Concilio traditus fuerat, eum non ſolum ad Primatum inter omnes Cardinales, verum etiam in ſolium, Cardinalitiis longe altius, ſuoque Papali paullo minus ita evexit, ut ſecum eum per omne reliquum vitæ tempus aleret, omnique in honore haberet, id quod laudatus Lenfantius l. c. Tom. I. L. III. circa fin. ex incorruptis monumentis probat. Neque vero Papæ Benedicto XIII. ſeu PETRO DE LUNA pervicax & obſtinatum caput ita reſectum fuit enſe Concilii, ut idem poſtea nunquam erexerit, (vid. rubr. BENED. XIII.) quantumvis dira excommunicationis fulmina in eum vibraret P. Martinus V. Contra hunc Pontificem enim, quod Ludovico Andegavenſi faveret, Arragoniæ Rex Alphonſus, illum, Petrum de Luna ſumma ope tuebatur. Hinc idem a compluribus Hiſpaniæ Ordinibus legitimus Papa agnitus creavit novos Cardinales, Peniſcolæ ſemper ſedem Papalem ſibi ſuam vindicans, fruſtra ringente Martino V. vid. Lenfant. l. c. Tom. I. Lib. XII. pag. 220. coll. 177. habuit inſuper ſucceſſorem, Clementem VIII. quem ſuam dignitatem ſponte abdicaturum idem Rex Alphonſus tutatus eſt, eòque adegit, ut jurisdictionem Papalem qualemcunque aliquandiu exerceret. Martini V. ingenii indoles, merita ac mors vid. deſcripta ibid. p. 299. 300. ſq. coll. ejusd. Lenfantii CONCILE DE CONSTANCE L. V. p. 155. ſq. Succincta vitæ ipſius Hiſtoria exhibetur ab

eodem, CONCILE DE BASLE Tom. I. pag. 229. ſqq. Sigismundi Imperatoris virtutes, vitia & vitæ extrema vid. ibid. pag. 63. ſq.

Ad id vero B. L. maxime animum intendat, quam mira propitii Numinis providentia tot viri doctrina & probitate conſpicui, teſtes veritatis ſtrenui & conſtantes, per totum hoc Opus in illuſtri poſiti fuerint monumento. Quoties enim Deus inſignem rerum mutationem, Eccleſiæque maxime emendationem, intendit, toties multos ſimul viros idoneos excitat, ad tantum negotium, ſeu aggrediendum, ſeu perficiendum. Recognoſce quæſo, mecum B. L. ſeriem rerum ſuperiorum Seculorum, & mirabere, quam longus ordo illuſtrium virorum, inſtrumenta qui eſſe debuere reſtaurandæ religionis & melioris literaturæ, agminatim ſe invicem ſequentium, exiguo annorum decurſu ſimul floruerit! Certe, quemadmodum centum annis poſt Huſſum integris cohortibus ſtrenuorum purioris Religionis vindicum, Lutheri præſertim & ſodalium in Germania & ceteris Provinciis Deus T. O. M. beavit ſacram Rempublicam, ita & centum annis poſt Lutherum ante & ſub initium belli trice tricenarii, poſtquam ſanctior diſciplina everſa erat & collapſa, multi ſimul exſtitere viri docti & pii, Gerhardi, Egardi, Arndii & horum ſimiles, qui divinitus excitati præcones fuere veræ ad Deum converſionis, ſanctiorisque diſciplinæ vindices: complures ſimul heröes togati ſagatique, qui labefactatam & pene peſſundatam libertatem, & ſacrorum, & jurium, quibus S. R. Imperii Ordines conglutinantur, civilium, ſtrenue adſertum irent & vindicatum. Pari ratione & in hoc Concilio Conſtantienſi, centum fere annis ante Lutherum celebrato tot ex omnibus Regnis confluxere Proceres docti, cordati & pii, quorum pectus corruptiſſimorum ſacrorum per omnes Ordines emendandorum

cura

Digitized by Google

cura ſincera verſabat, ut affirmare nullus ambigam, horum conſultationes, Orationes, adhortationes publicas, ad vulnera Eccleſiæ oſtendenda, deploranda atque ſananda, adque ſanctioris diſciplinæ reſtitutionem comparatas excitationes, fructum eſſe longe præcipuum hujus Concil. omnium, quotquot unquam exſtitere, longe maximi ac frequentiſſimi, & dignum profecto, qui ad ſeram poſteritatis memoriam transferatur. Tametſi enim trium Anti-Paparum dejectio, novique conſtitutio, ſcopus qui erat, ad quem labores Concilii inter alia collineabant, fuerit conſecuta, (quanquam vel hoc non plene & ex voto, ſicut in Benedicto XIII. modò vidimus) Papatus tamen ipſius corruptelæ publicæ manſere intactæ, nec arcanæ hominum conſcientiis imponendi, eosque pecuniis emungendi artes radicitus evulſæ ſunt, qui vero ſcopus Concilii hujus fuit primarius. Neque vero in dogmatis quidquam, quod operæ pretium eſſet, ad ſacrarum paginarum normam fuit emendatum, id quod vel ſanctiſſimi viri, Johannis Huſſi probat combuſtio, quæ tot bellorum peperit incendia, quibus vaſtiſſima regna per quadraginta ferme annos pene conflagrarunt. Itaque horum, quos laudavimus, virorum teſtimonia veritatis, ingentis theſauri inſtar, conſervat Reſpublica ſacra & literaria. Quocirca non poſſum ſatis admirari arcanas providentiæ divinæ ſemitas. Tot etenim viros longe doctiſſimos ad Purpuratorum ſuorum, ſeu Cardinalium dignitatem eo conſilio evexerat Johannes XXIII. aliosque a Secretis ſibi allegerat, fulcro ut ſibi eſſent dignitatis Papalis tuendæ, quam vacillare, tot criminum ſibi conſcius, intelligebat. At res longe aliter cecidit: Hi enim doctiſſimi & candidiſſimi Cardinales illi ipſi fuere, qui contra curiæ ipſius Papalis corruptiſſimæ fraudes calamum acerrime ſtrinxere, inque ipſo Concilio ad publicam ipſius condemnationem, quamque flaminum

Digitized by Google

minum hic Romanorum inquinatiſſimus dudum meruerat, dejectionem, voce & ſcriptis maxime collinearunt. Adeo Dei ſapientia ſuperat hominum conſilia, eaque vel nequisſima transfert ad publicæ rei emendationem, id quod ex recentiorum hiſtoriarum monumentis fuſius declarando exequi nihil attinet,. plura enim non capit hæc pagina. Vel ſola Academia Lipſienſis & Wittebergenſis id teſtatur. Has enim, in refugium exulum civium Academicorum Pragenſium, erigendas Ducibus Saxoniæ ſummopere ſuaſerat Pontifex Romanus, conceſſis ad id privilegiis; quod ſperaret, illos tanquam hoſtes Huſſi Curiæ Romanæ placita contra meliores doctrinas ſtrenue tuituros: ignarus profecto, inde, contrario eventu, poſt aliquot luſtra, arcem veritatis inexpugnabilem ſuper ruinis Romæ depravatiſſimæ exſtructum iri.

Pauca ſuperſunt, de quibus B. L. monendus videtur: Quoniam Tomo IV. hujus Operis a fol. 138. ſq. in compluribus plagulis vitio typographi Helmſtadienſis paginæ falſo expreſſæ ſunt, non potui non, ad lectorem ab hoc errore liberandum, plagulas ipſas, T. V. X. Y. &c. Simul citare; quam exiguam multiplicationem ſignorum Indicis proinde neceſſitas flagitavit. a fol. 1386-1393. ut paginas itidem mendoſe eodem Tomo allegatas, calamo ipſe corrigat, B. L. rogatur. Ceterum chartæ & typorum nitore hic Tomus VII. lecturis ſe, uti ſpero, probabit; neque ſphalmata, niſi forte oppido pauca, in eo deprehendentur. Vale, L. B. hisque meis laboribus, ſi tibi haut infructuoſi videbuntur, fave.

Dab. Berolini, III. Cal. Novemb.
MDCCXLII.

INDEX

Digitized by Google

INDEX GENERALIS
IN OMNES SEX TOMOS
RERUM
CONCILII CONSTANTIENSIS.

Not. Numerus primus deſignat TOMUM, ſecundus, uncinulo incluſus, PARTEM, tertius, PAGINAM. Litera S, T, U &c. ſi adfuerit, denotat (propter errata typographica in Præf. indicata) plagulam. Pr. vel Prol. PROLOGUM Hardtii.

A.

Abbas.

Abbatibus omnibus Papa Martinus V. die coronationis ſuæ, S. Martino ſacra, privilegium infulæ impertit, quotannis hac die portandæ IV. 1491. quod Privilegium Abbati Creuzlingenſi quadriennio ante conceſſerat P. Johannes XXIII. ibid. 7. init.

Abbatum vita corruptiſſima & Reformatio vid. *Prælati.*

Abendon Hotricus.

Theologus Oxonienſis memorabilem habuit Orationem in Concilio contra Exemtos & Simoniacos IV. Prol. 33. ad 27. 8br. excerpta ex ea V. Prol. 24.

Academiæ vid. *Eruditio. Literæ.*

His multa Privilegia, ut & Doctoribus, Magiſtris &c. conceſſit Conc. Conſt. I. (XII.) 743.

Academiæ, *Academici* Gradus.

Sunt vana gentilitate introducta, & tantum proſunt Eccleſiæ, quantum Diabolus. theſis imputata Wiclefo,

Digitized by Google

cleſo III. (XII.) 194. III. (XIII.) 292. ſeqq. 307. ſeqq.

Acta Concil. Conſt. Horum

Documenta vid. Manuſcripta. Ordo & in Tomos diviſio, vid. Concilium Conſtant. eorum ex MSS. eruendorum difficultas ac ſinceritas I. Prol. 35. ſeqq.
In iis eruendis Goldaſtus hallucinatus eſt, ib. 32. ſeqq.

Alamanus *Adimarus*

Cardin. Piſanus. Ejus monita de Reformatione Conſtantienſi, quoad gratias & proviſiones, ex MSto I. (X.) Pr. 556. ſqq. mittitur a Concilio Conſt. in Hiſpaniam, admonitum Benedictum, ut Papatu ſe abdicaret. IV. (XII.) 1511.

Advocati

Horum malas artes in Conc. Conſt. perſtringit Bernhardus Babtiſatus Invectiva in corruptum Clerum I. (XVIII.) 886. audivi, inquit, *unum Notarium hic uno anno lucratum fuiſſe mille florenos - - Mali juriſtæ, officiarii, notarii totum mundum deceptionibus involvunt, & ſtatum Eccl. deſtruunt &c. ibid.*

Aeneas Sylvius

Secretarius Cæſ. Frider. III. hujus conſiliorum arbiter. Concordata Nat. Germ. deſcribit, non ſine callida jurium a Papa indultorum ſubtractione. mox Cardinalis & Papa factus alios induit mores. I. (V.) 179. Germanis eſt gravis, eorumque conſilia frangit 181. 183. idem nova concilia impedit. 188. ſqq.
Publicum reformationis Germanicæ repudium edit, ſub titulo argutiſſimo: *De ſitu, ritu, moribus & conditione Germaniæ*, Lipſiæ ſtatim poſt invent. typogr. impreſſum, & Argentinæ diu poſt 1515. I. (V.) 185. fin. cujus Epitomen exhibet Hardtius elegantem & valde memorabilem a p. 185. - 210. Sero & poſt 50. demum annos a Wimphelingo A. 1515. Sylvio pro Germanis reſponſum I. (V.) 210. fin. Aen. Sylvii conſiliis & aſtu deſideria Principum Germ. Reformationem Eccl. procurandi continuata A. 1461. ſopiuntur 211.

Rupertus *Alanus* Archiep. Sarisber. ejus juſſu ſcripſerat olim Rupertus Ullerſton: *Petitiones pro Eccleſia reformanda.* Cæſarem in propoſito reformationem Papæ eligendo præmittendi confirmaverat. eo defuncto, ſenſim res aliam induit faciem. Exequiæ ipſius IV. (XI.) 1414. 1422.

Albertus Moguntinus & Magdeb. Archiep.

Excitatur ab Wimphelingio ad libertatis Germanicæ vindicias; dedicante illi Librum contra Aeneæ Sylvii Germaniam publicatum I. (V.) 229. ſqq. immenſum pretium pro Pallio Archi Ep. ſolutum 234.

Alexander V.

Alias Petrus de Candia, Cardin. Mediolan. Ej. Orat. ſolennis in Conc. Piſano. II. (II.) 97. ſqq. fit Papa ſ. n. Alex. V. ibid. 145.

Alexander de Halis

Urget ſumtionem ſacramenti ſub utraque eſſe majoris meriti & devotionis. Reſpondent Theologi Conſtantienſes: valere hoc reſpectu Sacerdotum, at Laicis eſſe majoris meriti & devotionis communicare ſub una, quatenus obediunt devote decreto Eccleſiæ, cui refragari, eſſe idololatriam. III. (XVII.) 590. fin. ſq. idem recenſet in materia de Sacramento duo pericula, effuſionis & infidelitatis, ad quod reſpondet Jacobellus III. (XVIII.) 598. ſqq. 636. 638.

Petrus de *Alliaco*

Ejus laudes a Clemangio celebratæ. I. (II.)

Digitized by Google

(II.) 28. ſqq. it. I. (VI.) poſt rubrum. Ejus conſtans contra Papas animus, nullis beneficiis, etiam Cardinalitiæ dignitatis, deliniendus. I. (VI.) Pr. 273. ſq. autorem eſſe Scripti de neceſſit. Reform. in Conc. Univ. probat Hardtius I. (VI.) 275. ſed cur mentem mutaverit? vid. infra.

Ejusd. characterem animi ac virtutes recenſet Hardtius I. (VI.) Pr. tot. Eccleſiaſt. ſtatus formam cum Gerſoniana tum Alliacena ſcripta ad vivum delineant, altero alteri ſcripta ſua ὁμοψῆφα dedicante. Papam etſi aperte & acerrime pungeret, vitiaque taxaret, tamen fruſtra ille hunc blanditiis a ſtudio detegendi pravitatem Seculi papalis abſtractum it, objecto dignitatis Cardinal. fulgore. Stili enim acrimoniam ingenuam eo nihil vel parum mitigavit. ib. 250. ſq. Ejus, vel rectius Niemii Librum de Neceſſit. Reformat. Eccl. in capite & membris primus Hardtius ex MSto in lucem protraxit I. (VII.) 274. ſq. Ejus Oratt. I. (VIII.) Pr. Ejus Oratio de officio Imperatoris, Papæ &c. Cleri, populique pro reform. Eccl. 438. ſq. Ejus Cardinalis in Conc. Conſt. præſentis Opus: *Idea nova Reformationis Eccleſiaſticæ*, cum ipſius Oratione ejusd. argumenti & vita I. (VIII.) I. Prol. 28. Schedulam exhibet Concilio Conſt. de Conc. Piſano non confirmando, quia utrumque per ſe propria gaudet autoritate II. (III.) 193. ſq. aliam de Anti-Papis blande adigendis ad ceſſionem Papatus ib. 195. ſq. Ejus Libros de Difficultate Reformationis in Concilio Univ. item de Neceſſitate ejusd. in Capite & membris. Canones Reformationis in Conc. Conſt. &c. ex MStis erutos exhibet Hardtius I. (VI. VII.) ſq. Ejus Orationes ſuper eod. negotio in Concilio habitæ multæ. quas vid. Tom. I. Operum ipſius, Argentinæ quæ primum prodiere 1490. Ejus alia anecdota latent in Bibliothecis. v. g. im Cloſter Reichenau, viſa Pregizero &c. I. (VI.) Pr. 402. excerpta ex quibusdam ipſius orationibus, miſeriam Eccleſiæ deplorantibus, memorabilia ib. 403. Gallus fuit, non Germanus, quod alii volunt I. (VIII.) 451. (b) Duo fuerunt ſimul Pariſiis, alter Senior, alter, isque noſter, Junior, 451. Ejus vita fuſe deſcripta Hardtio I. (VIII.) 450 - - 487. Ejus ſcripta quædam impreſſa, ſed non in Tomum rite digeſta 482. MSta per Bibliothecas ſparſa, digna, quæ ederentur. autor creditur, ſcripti I. (VII.) 484. recenſiti, quod ipſe Hardtius initio autumarat, ſed potior autor videtur Theodoricus a Niem, quod probat Hardtius I. (VIII.) 483 - - 485. Coll. I. Prol. 28. 46. Ejus Liber de Poteſtate Eccleſiaſtica integer exhibetur V. 15. ſq.

Andreas Ep. Magorenſis vid. Lit. *M.*

Angli

His Galli litem movere de jure ſuffragii in Concilio, Cæſare vehementer indignante, jusque hoc illis vindicante IV. (X.) 1088. ſq. Anglorum Apologia pro jure ſuo 1199. V. 52. ſq.

Angli celebres in Concilio Conſt. præſentes. vid. eorum (equitum) inſignia V. init. Tab. XI. & conf. *Bolton*, *Winton*. *Ullerſton* &c.

Anglia

Hujus regni amplitudo, 52000. Eccleſiæ parochiales, laute dotatæ, 135. Diœceſes, gentium antiquitas, magnitudo & claritas Regum, primæ ad Chriſtum converſionis origines

origines V. (III.) 89. 90. ſq. quinque linguæ præter Anglicanam (quam Angli & Scoti habent communem,) Wallicana, Hibernica, Vaſconica & Cornubica, 93. viginti quatuor perſonæ conſtituerunt initio totam Nationem Angl. in Concilio Conſt. 96. Quot fuerint proceres eorum in Concilio? 97. jus ſuffragii & peculiaris nationis (quintæ) vindicant contra Gallos in eodem V. (III.) 77 -- 101. regna octo Nationis Anglicæ 86. Wallia Angliæ ſubjecta ibid.

Anglia a Scotis infeſtatur II. (XV.) 440. tandem devictis ib.

Angliæ

Rex infeſtat bello Galliam tempore Concilii Conſt. Gallis turpiter fugientibus II. (XV.) 420. ſq.

Anglicana Natio

Lite cum Gallis de jure Nationis & votorum in Concilio Conſt. fit ſuperior. I. (XXV.) 1074. ſq. Scripta varia de hac cauſa recenſet Hardtius ib. ſq. Ejus Concordata cum Martino V. Papa de Reform. Regiminis Eccl. Supremi I. (XXV.) tot. finit ſe deduci a partibus Germ. Nationis & Sigismundi Cæſaris funeſto Reformationis tot annis quæſitæ detrimento vid. *Conſtant.* Conc. & Reformatio *Eccleſiæ.*

Annatæ

Eas denegat Papæ ſolvendas, Ditherus Elector Moguntinus, inde per Papam omni dignitate exutus I. (V.) 212. it. 145. De iis Decretum Concilii Baſil. 222. eas tollendas urget Zabarella I. (IX.) 518. de iis non ſolvendis publ. Declaratio Nationis Gall. I. (XIII.) tot. 756. ſq. ubi & de variis ejus editionibus. it. I. (XXIV.) 1064.

Nationis Gall. Declaratio in Conc. Conſt. facta contra Annatas non ſolvendas, impugnat eas XXIV. argumentis, confutat 20. argumenta pro annatis I. (XIII.) 767 - 790. autor ejus videtur Gerſon, non Clemangius, quod voluit Richerius. 757.

Petri Alliaceni de Poteſt. Eccl. Apologia oppoſita Declarationi Nationis Gall. contra Annatas. VI. (II.) 51. ſq.

Reformatorio Collegio Conſtantienſi vel non ſolvendæ vel reſtringendæ Cardinalibus continuandæ videntur. Galli novum ſcriptum de *Annatis denegandis* I. (XIII.) tot. oppoſuerunt. I. Prol. 29.

Annatæ & primi fructus an debeantur Papæ? diſputat & refutat Gerſon I. (IV.) 6. fin. ſq. Rex Gall. Arreſtum Parlamenti publicat an. 1406. de Annatis non amplius ſolvendis I. (V.) 143. oppoſitum Benedicti XIII. duriſſ. exactionibus, it. Martini V. Reformatio Curiæ Rom. I. (XXIII.) 1025. ſq.

De Annatarum onere excutiendo fuſe agunt Galli opuſculo Concilio Conſt. exhibito, cujus Summa recenſetur I. (V.) 149. fin. - - 161. & Germani 172 - - 180. Germani eas pendunt 191. idque prænumerando 192.

Antichriſtus

De eo Diſputatio inter Brodam & Jacobum de Miſa III. (XVI.) 516. ſeq.

Antiochena & Rom. Eccleſia.

Utriusque prærogativam probat Alliacus de poteſt. Eccl. VI. (II.) 16. ſq.

Apoſtoli

Num fuerint ditiſſimi? affirmat & argute probat Aen. Sylvius; ad eorum pedes depoſita ſunt omnium credentium bona, &c. I. (V.) 205.

Leonhardus *Aretinus*

Secretarius Papæ Gregorii XII. vir can-

Digitized by Google

candidus & doctus. Ejus in Concilio Piſano præſentis Epiſtola ad Robertum Ruffum de Fatis Concilii, qua perjurum Dominum ſuum Papam Fortunæ ſuæ fabrum eſſe, fatetur. II. (II.) 103. ſq. vid. *Poggius.*

Argentinenſes

Captivum tenent Epiſcopum ſuum, fruſtra intercedente Concil. Conſt. & Elect. Moguntino, Marchione Badenſi &c. II. (XV.) 428. ſqq. Epiſcopi captivi cauſa agitur coram Concilio. 446. fin. ſq. iterum 455.

Argentinenſis Epiſcopus

Wilh. à Dieſt ab Argentinenſibus captus. lis diſceptatur in Concilio Conſt. IV. (VIII.) 551. 552. ſq. 558. pro eo liberando Legati mittendi 559. miſſi redeunt 560. Congregatio Nationum de hac Cauſa 562. contra Argentinenſes Concilii Monitorium. 621. it. 629. ſqq. Argentinenſium Appellatio contra Epiſcopum 690 - - 704. Decretum contra eam 719. ſq. 726. 730. 734. 736. 744. 784. 1385.

Idem Wilh. a Dieſt. hactenus captivus, defertur ad Concilium Conſt huius Sententiæ ſe ſubmittens. IV. (IX) 792 - 796. Sententia contra Argentinenſes lata IV. (XII.) 1460.

Arragonia. vid. *Ferdinandus*

Ejus Rex Alphonſus, Ferdinandi filius ſummum affectum ex teſtamento parentis teſtatur in Concilium &c. IV. (IX.) 799 - 820. Legati auditi 853. ſq. Concilio ſolenniter uniti. 910. ſq.

Arragoniæ Regis

Tract. Narbonenſis cum Sigism. Imp. II. (XV.) 415.

Avarus (avaritia)

Eſt inſatiabilis. II. (XV.) 336. avari opes eum & poſteros reddunt inopes. 337.

Avarus Præſes Eccleſiæ & Reip. periculum. 336.

S. Auguſtinus.

In Angliam fertur ablegatus Ullerſtono ex curia Rom. per Gregorium M. ad convertendos Anglos. ibid. benigniſſime exceptus I. (XXVII.) 1128. ſq.

Aurum

Ejus ſitis, Curiæ Rom. neceſſarium malum. Conſcientia plerumque regitur pecunia, aliæque rationes pro excuſanda Simonia Papali, Aen. Sylvii I. (V.) 191. fin. ſq. 193. ex Germania exportatum. 224. ejus vis ſacra 214 auri libratio Clero gratior quam librorum. 226.

Auſtriæ Dux Erneſtus

Epiſt. Conſt. Concilii ad eum V. (VI.) 179. imago ipſius V. init. inter Tabulas æri inciſas.

Auſtriæ Dux Frider. vid. Lit. *F.*

De lite ejus cum Tridentino Epiſcopo IV. (VIII.) 533. ſq. magna hæc ſeveritate verſatur contra Ducem. 821. ſq. vid. *Tridentinus Epiſc.* Diploma in eum affixum IV. (X.) 1220.

B.

Badenſis Dux Burchhardus

Diploma accipit a Johanne Papa XXIII. in Conc. Conſt. cum 16000. aureis, ut illi faveret, quod omni occaſione fecit. II. (X.) 248. ſq.

Bämlerus Joh.

Ejus Opus Reformationis Eccl. per Sigism. Imp Baſil. Concilio factæ, germanice, Aug. Vind. 1476. & 1478 deſcriptum in MSto latet in Biblioth Duc. Goth. cum codice impreſſo An. 1521. ſine mentione Editoris & autoris locique. iterum impreſſum, & falſo ad Conc. Con-

Conſtant. relatum. Ejus autor, ſeu Sebaſtianus Franck, ſeu alius fuerit; ob multarum rerum variam immutationem & perverſionem, omiſſionemque integri Capitis I. (XXVII.) Pr. 1118. 1119. ſqq. Hamburgi Bämleriana editio denuo prodiit. forte & hic error continuatus. Wolffius in Memorabilibus ſuis etiam in errorem inductus, quem retexit Hardt. I. c. 1120. ſq. Libri autor Hardtio videtur Fridericus a Landſcron. 1121. ſq. refutatur Cochlæus ib.

Balthaſar Coſſa vid. Johannes XXIII.

Ludovicus *Bavarus* El. Pal.

De eo accuſato agit in Comitiis Cæſar. IV. (XI.) 1401. inveſtitur Electoratu Palatino. IV. (XI.) 1303.

Alius Ludovicus *Bavarus*

Dux Agnatus Electoris Pal. pene trucidatus per Henricum Bavarum, fratruelem; finitis Comitiis in Concilio cum ferro petentem. IV. (X.) 1445. ſq. Dux læſus Papam Martinum, modo electum, in via ex Conclavi ad Templum ductum ſupplex adit, opem contra Henricum fruſtra implorans. &c. IV. (XII.) 1485.

Henr. *Baufort* Epiſc. Winton.

Creatur Cardinalis a Martino V. IV. (XII.) 1502.

Begardi & *Begardæ*.

Initio ſpem magnam præbuere fructus ſpiritualis & ſanctioris religionis III. (VII.) 100.

Bellum Clericale Bronſvicenſe, ſeu de Papenkrieg to Bronswyk. A. 1413. geſtum II. Prol. 5.

Beltophus Comes injuſtus, plexus. I. (I.) 75.

Benedictini

Monachi, eorum Viſitatio & Reformatio ſub finem Concilii Conſt. facta I. (XXVI.) tot.

Benedictus XIII. Anti Papa, alias, Petrus de Luna.

Citatur per Cardinales ad Concilium Piſanum, cum comminatione remotionis à Papatu, ni compareat. II. (II.) 80. ſq. colluſit cum Gregorio XII. ne Papatu cederent. ib. 86. Hiſpanorum firma ſententia, Petrum de Luna Papatu cedere debere, licet hic multos corrumperet. Petrum fugientem perſequuntur Hiſpani, obedientiam illi ſubtrahunt. II. (XV.) 421. ſq. præ gaudio flente Concilio Conſtant. (vid. *Conſtant.* Conc.) 423. at mox occulta conventio inter Regem Arrag. & Petrum de Luna: quam ardor Sigismundi tollit, Petro fugiente, at ceſſionem pertinaciter abnuente. 429. 430. Fugit Petrus in Sardiniam, fulmina vibrans in Regem Arragoniæ, vanâ ſine viribus irâ, quia ſenex fuit, tumbæ proximus. 431. Vinc. Ferrerius, magnus Hiſp. Theologus, Petri hucuſque fautor, eum impugnat. Subtrahitur ei obedientia in Arragonia, Caſtilia, Navarra & aliis Provinciis. 432. & infra 522. Magna Petri pertinacia, qua popoſcit a ſuis Cardinalibus novum ſibi conſtituendum ſucceſſorem. 441. Gerſonis ad Petrum de Luna (Benedictum XIII.) Oratio habita coram Concilio & Cæſare in Hiſpaniam abituro, pro ceſſione Papatus ipſi injungenda. II. (XVII.) 471 - 484.

Cæſaris Sigism. ac Legatorum Concilii Conſt. negotia Hiſpanica contra Benedictum A. 1415. menſe Octob. Novemb. & Decemb. confecta II. (XVIII.) tot. 484. ſq.

Petri de Luna Petitio prima, qua Piſani Conc. Acta decreta contra ſe ſuosque pro nullis habet, & habenda poſtulat. 486. & 490.

Ejus

Digitized by Google

Ejus duæ viæ oblatæ ad cedendum Papatu. ib. vult cauſam ſuam tractari juridice. 487. vindicat ſibi jus elegendi novum Pontificem. 488. jus Cardinalitium, quod etiamſi cedat, maneat ſalvum ib. ſq. proponit modum, lites Papales componendi per Compromiſſarios. 489.

Alia propoſitio Benedicti XIII. ex Cerretano, Perpiniani facta. 490. ſeqq.

Requiſitio prima facta Benedicto XIII. poſtquam fugerat Colleliberum per Alphonſum primogenitum Regis Arragon. filium, qua ceſſio Papatus ei ſuadetur, exemplis duorum Paparum reliquorum &c. 493. ſq. Reſponſio ad eam Petri de Luna ibid. ſq. urgens: ſui eſſe muneris, proſpicere de Eccleſia. 498. obtuliſſe ſe Imperatori aliquot æquas vias Unionis. has rogat, amplecterentur Imperator & Rex Arrag. per ſe non ſtare, quo minus pax et unio Eccl. coaleſcat. 497, 498. ſq. Secunda requiſitio facta Benedicto XIII. per XII. Ambaſiatores (Legatos Regis Arrag.) in Collelibero eum adeuntes, cum oblato ſalvo Conductu. rogatur, ut mittat Legatos ad negotia Concilii ratihabenda, aut redeat Perpinianum II. (XVIII.) 500 - 503. Reſpondet Petrus: Perpinianum ſe veniſſe, cumque Cæſare tractare ſe cœpiſſe; verum ex quo is receſſerit, ea comperiſſe, quæ ſuadeant locum tutiorem ſibi, & ubi plena libertate tractare poſſit &c. quo ſi venerit, pleniorem reſponſionem promittit. 504. ſq. Alia Requiſitio Regis Arrag. qua invitat Cardinales Petri, ut redeant Perpinianum. 506. reſpondent Cardinales, varia rhetoricando: ſe non potuiſſe non ſequi Papam, membra Caput ſuum, Vicarium Chriſti legitimum, ramos arborem. excuſant reditum ſuum. 507. alia Requiſitio Regis Arrag. ad Archi Epiſcopos ceteros & Prælatos Obedientiæ Petri de Luna, qua invitantur, ut redeant. 508. omnes Prælati redeunt Perpinianum, præter aliquos in Familia Petri 510. init. Tertia & ultima Requiſitio Regis Arrag. facta Petro de Luna, ad cedendum. Petrus jam fugerat Paniſcolam. rogatur tertia vice, ut cedat Papatu; nunciatur illi, Narbonæ cauſam ejus tractatum iri. II. (XVIII.) 510. ſq. ſecunda & ultima Requiſitio ad Cardinales Petri facta, ut redeant, & unionem Eccl. promoveant, minis additis, univerſalem Eccleſiam in pertinaces jure ſuo uſuram. 513. ſq. Reſponſio Petri ad tertiam Requiſitionem, Concilii viam repudiat, utpote periculoſam, quia multitudo illa Conſtantiæ congregata poſſet pro plenitudine poteſtatis, verbis & factis ſibi ſumta, quævis jura papalia poſitiva ſuſpendere & tollere, cum præſertim *Conſtantia* ſubeſſet ditioni Sigismundi Imper. 515 - 521.

Vincentius Ferrerius a Rege Arrag. ad Petrum ablegatur, ſuaſurus ceſſionem; qui cum nil proficeret, & verbo & pæne ferro Petrum perſequitur. 522. (vid. ſupra ad II. (XV. 432.)

Hiſpanorum propoſitiones Sigismundo Imp. oblatæ de rebus Concilii libere tractandis ſine conſenſu Petri de Luna. 522.

Epiſtola Archi Epiſcopi Narbonenſis ad Cardinales in Concilio Conſt. de Sigismundi ardore pro unione Eccl. & de Benedicti XIII. pertinacia Unioni refragante. 522.

Jacobi, Archi Ep. Turonenſis Conc. Conſt.

Digitized by Google

Epiſtola Regis Arrag. ad Sigismundum Imper. ſuper hac ſubtractione facta. 563. fin. ſq.
Solennitates hujus ſubtractionis omnibus ſubditis injunctæ. 564.
Epiſtola Johannis Comitis ad Petrum Trilkiam ſuper hac publicata Subtractione obedientiæ contra Petrum de Luna. 565. fin. ſq.
Gerſonis Demonſtratio publice in Concilio Conſt. facta: Benedictum XIII. eſſe hæreticum & Papatu movendum. II. (XIX.) tot. inpr. 574. ſq. De Benedicto conſ. etiam Theod. Vrie Hiſtor. Conc. Conſtant. I. (I.) 185. ſq. ejus inconſtantia, pertinacia &c. Benedictus, maledictus. 187. ſq. inpr. 203. ſq. item 207. ſq. juraverat abdicationem, ſi poſceretur, ante electionem, juraverat idem electus, juraverat iterum, ſed pejeravit. ib. ſq. citatur a Concilio Conſt. & condemnatur 211 - 214.
Epiſtola Clemangii, qua eum libere & candide incitat ad unionem Eccl. & mores Cleri emendandos I. (II.) 10. ſq.
Sub eo ætas ſecunda (pejor) Schismatis incipit ibid. Ejus vita ante Papatum ib. & ex Steph. Baluzio 11, 12. ſq. Parentes ejus 13. fin. habuit egregiam Bibliothecam. ibid. Ejus electionis ceremoniæ, artes, 13 - 18. ſq. Clemangium adſciſcit Secretarium, qui poſt fulmina Domini ſui excommunicationis vibrata in Regem Galliæ, fit exul aula papali. 19. ne ſuſpicionem incurreret conſenſus. ib. Benedictus cum Gregorio contenditur ab Hardtio; hic ſimplicior & apertior illo, ſimulatore vafro, qui promtior ad unionem videbatur, quam erat. I. (II.) 29. fin. ſq.
Benedicti XIII. Conſtitutiones de Reſervationibus papalibus I. (XXIII.) 2020. & 2039. ſq. vid. tit. Alamanus *Adimarius*, qui ad eum ex Concilio, abdicationem injuncturus, in Hiſpaniam miſſus eſt. IV. (XII.) 1511.
Ceterum, que ex quinque Tomis Actorum Conc. Conſt. hucusque de Benedicto XIII. longa ſerie recenſita ſunt, eadem per Decreta, Concluſa Nationum &c. brevius, at luculenter Tomo IV. apparent, ſequenti ſerie:
De eodem Papa ad ceſſionem compellendo fit Decretum Concilii IV. (V.) 381. ſq. vid. Indicem Chronologicum ad Tom. IV. Legati ex Hiſpania reverſi & in Concilio auditi de felici Cæſaris expeditione & Papa Benedicto XIII. ab Hiſpanis repudiato 583. Narbonenſia Capitula prælecta, & Diploma, quo probatum, Arragonenſes Benedictum rejeciſſe 584. Cardinales, Archi Epiſcopi &c. Capitula Narbonenſia juramento confirmant 586 - 603. Reges Arragoniæ, Navarræ & Caſtellæ, Neapolitanus cum Regina, omnesque univerſim Hiſpani per legatos in Concilio, de repudiato Benedicto, (cui omnes & ſinguli obedientiam ſubtraxere) auditi Concilio uniuntur. IV. (IX.) 851. 853. 861. 883. ſq. 910. Hinc Hiſpanis jus ſuffragii in Concilio, tanquam *quintæ Nationi* conceſſum 909. Iudices deputati contra Petrum de Luna. 952. ſq. Congregati Commiſſarii contra eundem, prima vice 968. iterum 975. tertio procedunt. 978. ſq. nequitia ipſius ad vivum depicta ex Vrie (X.) 1085. Congregatio Nationum de ſubtracta ei per Regnum Caſtellæ obedientia. 1086. citatio ipſius decreta (IX.) 987. ſq. Legati Concilii ad eum citandum miſſi,

miſſi, magno animo cum urgent Paniſcolæ, ad comparendum in Concilio. (X.) 1146 - - 1162. ſcripto prolixo ad hanc citationem reſpondet pertinaciſſimus Papa (X.) 1162 - 1171.

Epiſtola Legati de hac Citatione per acta perfertur ad Concilium IV. (X.) 1124. Legati Paniſcola, re bene confecta, redeunt 1146. Petri de Luna contumacia accuſatur 1128. De eo Paniſcolæ citato Seſſio generalis 1146 - - 1191. Oratio ponderoſiſſima habita in Conc. de ſtatus Eccleſiaſtici emendatione & Benedicto P. de ſede præcipitando. 1192. Benedictus denuo contumaciæ accuſatur & inquiſitio in eum decernitur ulterior. 1204. Diploma in eum affixum. 1220. Commiſſarii denuo in eum congregati, denuoque citatur 1223 ſq. inquiſitio continuatur nova Congregatione articulis productis in eum. 1224. teſtes in eum citati. 1225 - - 1270. Inquiſitionis continuatio 1228. 1270. ſq. Articuli novi 1271. ſq. 1280. Congregatio nova in eum, denuo citatum 1287 - 1295. Congregatis denuo Commiſſariis contumax rurſus declaratur 1310 - - 1331. ſimulque novi Pontificis eligendi formulam Cardinales Cæſari exhibent, quam Alliacus Oratione ſolenni commendat. 1330. ſq. Omnia ad damnationem & dejectionem Benedicti inſtructa & compoſita ſunt Seſſione XXXIV. 1331. ſq. Seſſ. XXXVI. citatur Petrus de Luna ad audiendam ſententiam decretoriam 1358 - 1366. Seſſione XXXVII. Idem dejicitur, Dejectio Cæſaris & Concilii juſſu per tubicines publice denunciatur per urbem 1367 - 1377. Congregatio Gener. ad expediendum literas, quibus univerſo orbi denunciaretur, Benedictum XIII. eſſe dejectum. IV. (XI.) 1402. Tantæ molis erat tres hos deponere Papas! quorum duo, Gregorius & Benedictus jam in Conc. Piſano depoſiti erant vid. IV. (X.) 1388 - 1393.

Beneficia Eccleſiaſt. vid. *Canonicatus.* Ad ea & officia indigni evehuntur, dignis poſthabitis. I. (I.) 69. Pauper in Eccleſia jacet. cum tamen beneficia Eccleſiæ ſint Eleemoſynæ I. (I.) 70. ſq.

Infantes etiam honoribus & beneficiis ornantur, inprimis Magnatum filii, Epiſcoporum agnati ib. 71. ſq. Beneficium annuorum redituum Eccleſ. nimirum decimas Germaniæ, donat Cæſari novus Papa Cæſ. Sigismundo. II. (XXI.) 590. ſq.

Beneficiorum Collatio vid. *Canonicat.* Literatis, Doctoribus, Magiſtris artium 4ta pars in Eccleſiis Collegiatis vindicatur a Natione Germanica in *Aviſamentis Conſtantienſibus.* I, Prol. 32.

Bernhardus Baptiſatus

Ejus Invectiva in corruptum Clerum, in Conc. Conſt. emendandum I. (XVIII.) tot.

Bibliothecæ.

Eccleſiarum quomodo inſtituendæ? I. (VIII.) 429.

Blancoburgum

In ejus Archivo excedentis dicendi ſcribendique libertatis exempla ſuperſunt, quando Comitibus quibusdam ſuperiori ſeculo ſubditorum aliqui probroſas exhibuerunt, valuisque urbis & arcis affixerunt imagines, longa oratione nefanda adſcripta, nominibus ſuis adeo quoque palam expreſſis I. (V) 65. fin.

Bohemi-Huſſitæ v. Lit. *H.*

Ad eos Concilii Conſt. Epiſtola de Huſſi ſupplicio IV. (VIII.) 485 - 490.

490. Bohemorum nova querula Epiſtola ad Concilium cum 450. ſigillis d. 30. Dec. 1415. 20. Febr. 1416. it. 5. Maj. & 27. Sept. IV. 558. & ad hæc data ſq. pagg. Tomi IV. Congregatio generalis Concilii de Bohemis & Moravis Huſſitis citandis. IV. (VIII.) 608-612. nova Congreg. 614. ſq. alia Congregatio Gen. 608. 610. ſq. alia de iisdem citandis IV. (IX.) 780. ſq. citantur, & citatio executioni datur, excommunicantur 821-851. De eorum negotio Concilium literas dat ad Cæſarem IV. (X.) 1078. conf. de Gerſonis Conſilio de cauſa Bohemorum novaque eorum confeſſione IV. (XI.) 1398. Sigismundi Cæſ. Epiſtola ad Lunienſes, de Wenceslao Reg. fratre ſuo, Huſſitarum Patrono, ne conniveant Bohemis IV. (XI.) 1408-1413.

Articuli Inquiſitionis editi contra Bohemos ac Huſſitas IV. (XII.) 1514. ſq. Bullæ Martini V. Papæ contra Wiclefi & Huſſi Sectatores publicatæ 1518-1531.

Bohemi Germanis Imperatoribus & Germaniæ ſemper ſubjecti fuere, & reliqua ad Bohemiæ Hiſt. ſpectantia antiqua deducit Niemius II. (XV.) 451. ſq.

vid. *Huſ. Jacobus* de Miſa. *Hieronymus, Wiclef. &c.*

Bohemi urgent deprecatorium negotium pro Huſſo, & Jacobo de Miſa. IV. (II.) 33, (III.) 187. ſq. 208. ſq. 211. ad feneſtras Refectorii, ubi Hieronymus captivus latebat, advolantibus Bohemis, & contra metum mortis cum præmunituris, reſpondit Hieronymus: ſe mortem haud expaveſcere. 218. Nobilium Bohemorum univerſim, & ſpeciatim Bohemorum Conſtantiæ degentium ſupplices libelli pro Huſſo extra vincula publice audiendo 288. 290. ſq. Eorum in cineres Huſſi devotio. (VI.) 450.

Thomas *Bolton*

Anglus, vir inclytus in Concilio Conſt. V. Prol. 17.

Bona Eccl.

Non alienanda I. (XII.) 702.

Bona Prælatorum

Defunctorum non diripienda. I. (X.) 610.

Bona Eccleſ. (vid. Beneficia.)

Hiſtrionibus collata I. (I.) 111.

Bonaventura.

Periculum effuſionis vini jactitat pro cauſa privandi plebem calice in S. Cæna. III. (XVI.) 550.

Albertus de *Bon Chriſtianis*

Ep. Forliv. Oratio ipſius in Conc. Conſt. habita de Paſſione Chriſti V. (V.) 137. ſq.

Bonifacius VIII. Papa

Ejus profeſſio ſeu juramentum, tanquam exemplar Papis futuris, cum additis quibusd. I. (X.) 586. ſq. 591.

Bonifacius IX. Papa.

Malefacius dicendus. ejus Simonia & alia horrenda vitia I. (IV.) Pr.

Bononia vid. Joh. XXIII.

Dominus Bononiæ fit Joh. XXIII. & tyrannus crudeliſſimus. ſcelera olim hic Studioſi & Archi Diaconi, poſtea & Academiæ Capitis, denique Cardinalis, ibidem perpetrata deſcribit Theodoricus a *Niem.* II. (XV.) 340. ſq. 345. ſq. Bononienſes Balthaſaris pertæſi Papæ Innoc. VII. ſe ſuaque offerunt, hinc iras ille in Bononienſes & ipſum Papam exercet. 350. ſq.

Bononienſium ſtatus tempore Concilii Conſt. democraticus redit, peſſundato tyranno Balthaſare. II. (XV.) 435. ſq.

Bosnia

Invaditur a Turcis, abſente a Concilio

Digitized by Google

lio in Hiſpania Sigismundo. proditur ab ipſo præfecto Sigismundi, cum magna ſtrage Chriſtianorum, etſi modo victores fuerant. II.(XV.) 416. ſq.

Brandenb. Elector Frider. I. vid. Lit. F.

Brandenburg. Episcopi

Johannis a Waldow, Joh. Abundi Rigenſis, & Georgii Comitis ab Hohenloh Patavini Epiſcoporum Mandata executoria pro decimis Cæſari ſolvendis II. (XXII.) 594. ſqq.

S. Brigitta, Sueca.

De ejus aliorumque Suecorum Epiſcoporum canoniſatione differenda IV. (VIII.) 704. ſq.

Ejus Canoniſationis Controverſiæ in Conc. Conſt. agitatæ Hiſtoria III. Prol. 15. III. (III.) 28. ſq.

Ipſa Canoniſatio IV. (II.) 39. Pompa & ceremoniæ ejus actus 540.

Briſacum

Eo fugere pergit Joh. XXIII. II. (XV.) 401.

Broda Prof. Theol. Prag.

Antea Huſſitarum partium fautor, poſtea acerrimus impugnator III. Prol. 23. forte autor eſt primi in Jacobum de Miſa ſcripti Anonymi, quod habetur III. (XIV.) tot. ubi molli ſtylo Jacobum monet. III. Prol. 23. poſtea ex Patribus Concilii Conſt. eligitur, qui in Jacobum calamum ſtringeret, quod fecit acerrime, Jacobo ictus ejus cum ingenti apparatu doctrinæ & probitatis ſtrenue retundente. continetur hæc controverſia de uſu calicis, neceſſarione an ſecus? III. (XIV - XXIII.)

Brunſvicenſium & Lun. Dux vid. *Rudolphus* Aug.

Henricus Dux *Brunſvicenſis* & Lun. æger ex Concilio Conſt. Luneburgum reverſurus, in itinere moritur IV. (X.) 996.

Brunſvicenſes

Privilegium Johannis Papæ pro Scholis S. Martini & S. Cathar. Brunvic. indultum in Conc. Conſt. & a Martino V. poſtea confirmatum. V. (VI.) 162. ſq. Privilegium de non evocando a Cæſare Sigism. iisd. in eod. datum 163. ſq. Ejusd. Cæſaris Confirmatio Urbis Brunſvigæ Privilegiorum, in Conc. Conſt. edita 166. ſq. Procuratorium Ambaſſiatorum Brunſvicenſium ad Concilium Conſt. Cæſari Sigism. inſcriptum 170. ſq. Privilegium ejusd. Cæſaris: De libera in urbe Brunſv. cujuscunque ſexus hominum inhabitatione, ſec. Imperialia Statuta, Conſtantiæ in Conc. editum. 171. ſq. alia Privilegia iisdem conceſſa a Friderico III. Imperatore. 175. Guntheri Comitis de Swarzburg Königl. Hofrichters Deciſiva ſententia in cauſa der Juden, ſo von Goßlar nach Braunſchw. gezogen, in Conſt. Conc. promulgata ex MS. 175. ſq.

Brunſvicenſe Bellum Clericale II. Pr. 5. An. 1413. geſtum annos per multos, nec ſedatum, niſi autoritate Ducis Bernhardi A. 1420. ibid. MSS. egregia ejus belli anecdota poſſidet IU. Hardtius ib.

Brunſvicenſes

Duces rogantur a Cardinalibus, Piſæ congregatis, qui unionem Eccl. adjuvent. Epiſt. Cardinalium ad Henr. Duc Brunſv. II. (II.) 66. ſq.

Brunſviga

Ejus dignitas, ſplendor. I. (V.) 194.

Petrus de *Brüxellis*

Ejus ſermo in Conc. Conſt. habitus, de periculis corrupto Clero imminentibus I. (XVII.) 855. ſq.

Bubo

Comparuit in Concilio Romano, quem alii Patres malum omen, alii Spiritus S. ſpeciem eſſe, clamitant, cete-

Digitized by Google

ceterorum riſu excepti. Papa territus hac dira ſpecie malignæ avis, eum fixa acie intuentis, cum præſertim ex Concilio expelli non potuiſſet, aufugit, & Concilium diſſolvit. I. (II.) 67. 68. narrante Clemangio, locuplete teſte. vid. Conc. *Romanum*.

Burchardus, Marggr. Bad. vid. Badenſis.

Burggravius Norimb. Fridericus vid. Lit. F.

Burgundiæ Dux

Ob cædem Ducis Aurel. ſententiam Concilii metuit, hinc favet Papæ Johanni XXIII. fugienti ad terras ipſius. at fruſtra. II. (XV.) 40.

Burgundiæ Regnum Imperio Germ. jure vindicandum demonſtrat Theod. de Niem. II. (XV.) 447.

C.

Cædes

Sub Concilio patrata, raro exemplo IV. (VIII.) 533. vid. *Prædones*.

Calendarii Reformatio

Tentata in Conc. Romano 1412. porro in Concilio Conſt. utrobique per Petr. de Alliaco. in Concilio etiam Baſil. per Card. Cuſanum, ſine ſucceſſu. III. Prol. 16. & III. (VI.) tot. Alliaci exhortatio ad Conc. Gen. ſuper correctione Calendarii III. (VI.) 72. ſq. tres errores principales 74. ſq.

Calix in Communione S. vide *Communio*.

Qui vinculum amoris Chriſtianis eſſe debebat, abit in funes, catenas, vulnera, cædes, prœlia III. Prol. 19. 22. vindicatur toti populo a Jacobo de Miſa III. (XIV. - - XXIII.) vid. Jacobus. Aen. Sylvio Hus e Carcere ſcripſiſſe fertur ad Bohemos: tandem inveniſtis poculum, mortem mihi acceleraturum. III. Prol. 19.

Calixtus III. Papa

Primo boni anteceſſoris veſtigia premit, at pravis Aeneæ Sylvii conſiliis, Germanis eſt gravis, Concordata tollit. in eum Gravamina nova Germ. Principum. I. (V.) 181. ſq.

Camera Apoſtolica

Olim charibdis, ad quam proventus primi anni ab omnibus eccleſiaſticis deferendi. I. (III.) 10. 11. ſq. Abbatibus, Prælatis inopibus, niſi Cameræ Apoſt. ſatisfeciſſent, negata ſepultura, unde ſæpe in agris profanis clanculum tumulati ſunt. ibid. 14. Clemangius.

Cameracenſis Card. v. de *Alliaco*.

Cancellarius Cæſaris Sigiſm.

Sigiſmundus in Concilio moritur. IV. (XII.) 1502. ejus exequiæ 1503. Fridericus Comes ab Hohenlohe ei ſuccedit 1510.

Cancellaria Rom.

Ejus regulæ ſunt laquei captioſi, Clemangius. I. (III.) 14.

Ejus Regulæ publice reſtituuntur An. 1484. typis primum excuſæ I. (V.) 211. 212. primus earum Gloſſator quis? primæ editiones. ib.

Cancellariæ Ro. Regulæ Johannis XXIII. exſtant integræ I. (XXI.) 954. ſq. Martini V. ibid. illis junctæ. 965 - 991.

Petrus de *Candia* v. Alex. V.

Canonicatus ſeu Præbendæ.

Horum quarta minimum pars in Eccleſiis Cathedralibus. & Collegiatis debet cedere Literatis, Doctoribus Theol. Juris, Licenciatis Juris & Medic. Magiſtris Artium, in Aviſamentis Conſtantienſibus I. Prol. 34. Sunt venales *in Banco* nummulariorum, ubi Bullæ expediuntur, Archiepiſcopatuum &c. venditorum, non in Cancellaria Apoſtolica. II. (X.) 282.

Digitized by Google

Canonici.

Mos peſſimus in Cathedralibus &c. requiri nobiles, vel ex militari genere homines, abrogatur a Reformatorio Conſt. cum eruditionis major ratio ſit habenda I. (X.) 638. fin. ſq. Gradus Doct. vel Lic. in S. pagina vel Jure Can. aut civ. pro quacunque nobilitate reputentur. 640.

Eorum deſcriptio: Quid de Capitulis & Canonicis longum me trahere ſermonem, neceſſe eſt, cum uno verbo, ſimiles ſint Epiſcoporum, indocti, Simoniaci, cupidi, ambitioſi, obtrectatores, ſuæ vitæ negligentes, alienæ reprehenſores ac improbi ſcrutatores, ebrioſi, incontinentiſſimi, qui paſſim & inverecunde prolem ex meretricè ſuſceptam, & ſcorta, vice conjugum, domi tenent: Vaniloqui, garruli, tempus in fabulis & nugis terentes, quia nihil utile noverunt aut ſerium, in quo occupentur. Et hinc in re ſua, ſeu per fas, ſeu nefas augenda, in cura ventris & gulæ, in carnis voluptatibus hauriendis, ſuæ vitæ felicitatem, ut porci Epicurei, conſtituunt &c. ita *Clemangius* I. (III.) 31. *fraternitates* ipſorum, ſunt ſectæ per infernales furias excitatæ in omnibus Eccleſiis id. ibid. vocantur *Canonici*, quia ab omni *Canone*, ſeu regula vitæ, immunes feruntur per omnia ſcelera &c. ibid. contra eorum injurias quis aut quo pauperi acceſſus eſt, cum a juriſdictione omni, Epiſcoporum, Principum, ſe exemtos jactent, ad Papam, quem ſolum judicem plerique perhibent, quis pauperi acceſſus? id. ibid.

De Canonicis reformandis Coll. Reformator. Decr. I. (XII.) 695-702. De his quæ ſunt a majore parte Capituli 701. ſq. De eorum juramentis iniquis. (X.) 690-692.

Canoniſatio Sanctorum

Cautio habenda in Conc. Conſt. circa eam; Gerſon Probat. Spirituum III. (III.) 30. ſq.

Canoniſtæ

Impugnati I. (VII.) 277. fin. 298. fin. ſq.

Canticum Salom.

Carminibus ad ſtatum primævum, deſtitutum, per querelas acerbas Eccleſiæ delineandum applicatur à Theod. Vric. I. (I.) 10-15.

Cantiones

In Eccleſiis quomodo tolerandæ & corrigendæ? I. (XXVII.) 1161-1162. ſq. plus devotionis in ſilentio, quam in clamore cantus. ib. abuſus jam olim inveteratus. S. Auguſtinus cantiones ac modulationes ex Eccleſiis optavit ſublatas. 1162. Ullerſton Angl. Diaconi NB. non debent cantare, ſed legere coram altari. Idem Ullerſton Anglus, Petitiones quoad Reform. Eccleſiæ militantis I. (XXVII.) 1160.

Cantio publica.

Crimini datum Hieronymo Prag. quod Cantilenas textus Scripturæ S. exprimentes, a ſe confictas laicos utriusque ſexus fecit palam decantare, adeo etiam in platæis - - ut ſibi ſoli viderentur intelligere Scripturam S. &c. IV. (VIII.) 669.

Hujus ritum, (publice in Eccl. cantandi) quem indulſerat plebi Jacobus de Miſa, quod nefas & piaculum habebat nomine Concilii Mauritius de Praga, (etſi primo Anonymus) argumentum ejus: plebi non licet prædicare publice in Eccleſia, (ex ſuggeſtu) Ergo nec licet cantare publice in Eccleſia, quia utriusque par eſt ratio. Objectionem: laudare Deum licet, ita removet, ut

Digitized by Google

ut dicat: niſi multa mala inde proveniant audientibus, ſicut fit ex cantu non confirmato ab Eccleſia, qualis eſt cantus plebis in Eccl. - - audientibus hæc cantio æque mala infert, ac nautis Sirenum cantus in mari. aliud argumentum: Deus vult laudari, ſed non laude humana, non cantu exquiſito & novo plebs debet Deum laudare pro ſuo placito &c. III. (XIV.) 386. it. quia ſoli Clerici ſunt *ſervitores Dei clamoroſi.* III. (XIV.) 383. fin. ſq.

Cantor

Contra Prærogativam Cantorum, & Officialium in curiis Dominorum reſidentium. I. (XXVII.) 1160.

Caput nudare

Quando Evangelium legitur, decet: quia Evangelium removet velamen legis veteris; qui iſtud omittit contemptim, graviter peccat. Jac. Ep. Laudenſis Orat. de vita honeſta Clericorum. V. (V.) 121. fin.

Cardinalis.

Cardinalium nomina VI. (II.) 19. fin. ſq. eorum & Epiſcoporum prærogativa. 21. 31. 32. ſq. Petr. de Alliaco.

Eorum electio Papæ eſt a Diabolo. theſis Wiclefi, cum refutatione Concilii Conſt III. (XIII.) 219. ſq.

Cardinales Piſæ congregati, ſcribunt ad Ducem Brunſv. Henr. de unione Eccl. in Conſilio Piſano parando II. (II.) 62. ſq. - - ad Benedictum XIII. ut compareat in Conc. Piſano, additis minis remotionis II. (II.) 80. 81. ſq. - - ad Bernardum & Henr. Duces Brunſv. ut Legatos ad Conc. Piſ. mittant. ib. 84. ſq.

Cardinalium conſeſſus, habitus, in Conc. Piſano. 91. ſq. dejiciunt duos Anti-Papas, & eligunt novum, Alex. V. in Cocil. Piſano. vid. Piſanum Conc.

Cardinales jurarunt in Concilio Piſ. ſe electuros meliorem Papam præcedentibus, & elegerunt Johannem XXIII. bipedum nequiſſimum, tyrannum, homicidam, Simoniacum, omnibus vitiis inquinatum, ære iſtius conducti, quem ſciverunt, talem nebulonem ſemper fuiſſe. Si nemo ipſorum ſanctior & melior fuit, quales ipſi dicendi ſunt, niſi deteriores? ita Bened. Gentianus, Acad. Pariſ. Legatus JCtus. in Concilio Conſt. II. (XI.) 281. ſq.

Cardinalium fraudes, Concilium per 4 menſes eludentes, conſilio id diſſolvendi, Simonias nefandas &c. id. ibid. deſcribit.

Cardinales cum Johanne XXIII. profugi, cum Schafhuſæ non repererunt *coquinam* bonam, miſere & verecunde ſunt reverſi aliqui ibid. Diſputant Cardinales & alii in Concilio Conſt. de Jure Cardinalium, negotia Concilii tractandi, multis Cardinales Johannis XXIII. excludi poſtulantibus. II. (XIII.) 285. ſq.

Cardinales Johannis Schedula affixa in valvis Eccl. maj. Conſtant. Curiales Papæ avocarunt Schafhuſiam, eapropter accuſati, ad aliquot dies avocationem prorogant. a Concilio clamore & opprobriis excepti clam ſe ſurripiunt. II. (XV.) 399. Concilium diſſolvere ſtudent vano conatu. ib. ſq.

Cardinalis effigies: ſi artifex vellet *ſuperbiæ ſimulacrum* effingere, non congruentius id facturus eſſet, quam *Cardinalis* effigiem oculis intuentium objectando, ita Clemangius I. (III.) 15. Olim id eorum munus fuit, ut efferendis mortuis, ſepulturæque mandandis inſervirent. - - jam vero non Epiſcopos ſolum, quos *Epiſcopellos* contemptim vocant, ſed Patriar-

 chas,

Digitized by Google

chas, Primates longe deſpiciunt, regibusque ſe æquiparant. id. 16. it. Gerſon. I. (V.) 104. multitudo & incompatibilitas beneficiorum Cardinalium. Unus tenet quingenta beneficia & amplius. eorum ſitis auri inexplebilis. id. ib. ſq. eorum Contractus Simoniaci. 17. officiorum illis cura nulla. ſunt fons ruinæ Eccleſiæ, 18. eorum ſtupra, inceſtus &c. ib.

Cardinales ſub Joh. XXIII. ex voto licenter vixerunt, hinc metuunt ſuæ libertati periculum fore per Concilium. Hoc ergo non debent convocare, Gerſon. I. (V.) 94. ſq,

Sunt dignitate & officio inferiores Epiſcopis. hi quippe ſunt Papæ coadjutores, poteſtatem habentes immediate a Deo, illi Papæ non niſi Conſiliarii. eorum numerus & poteſtas cum pompa limitanda I. (V.) 156. I. (VIII.) 414. 416. ſq.

De illorum artibus corrumpendi, & evertendi decreta Gallorum, conqueruntur Galli I. (V.) 158.

Cardinalium ſumtus unde petendi, I. (V.) 204. Aen. Sylv. Cardinales an omnino abolendi? P. de Alliaco I. (VIII.) 418. ſq. id negat, ſed corrigendos putat.

Cardinales haut pauci promti ad Reformationem 419.

De Cardinalium ſtatu, numero, officio, reditibus, Zabarella. I. (IX.) 515. hi debent eſſe taxati & certi, puta, ad XXIV. millia aureorum, nec inſuper illis dentur Commendæ ib.

Cardinales non ſemper ex una Natione eligendi II. (XX.) 584. Cardinalium & al. Prælatorum Conſultationes de novo Papa eligendo. 586. item Aen. Sylv. I. (V.) 206. Cardinalium pompa defenſa. id. ibid. eorum officium. ib. & ſq. multitudo eorum neceſſaria 207. Numerus Cardinalium Sanctione Pragmat. Gallorum & Concilio Baſ. reſtringitur ad 24. ætas 30. annorum & ſupra. Sint Magiſtri, Doctores vel Licentiati, ſaltem tertiam partem. pauci ſint Principum filii aut agnati. I. (V.) 222.

Cardinales (quorum Conſtantiæ in Conſilio præſentes fuere XXIV.) in partes ſuper quæſtione: Papæ novi electio, negotio Reformationis, an hæc illi ſit præferenda? diſcedunt; duo eorum, vel tres meliores faciunt cum Cæſare & Natione Germ. tuente, Reformationis Cleri executionem eſſe præferendam, tanto niſu refragantibus ceteris, (inque his optimo etiam Zabarella, qui ex fervore declamationis in Concilio morbum lætalem contraxit) ut ope trium Nationum reliquarum, tandem & Anglicæ, pervicerint ut electio novi Papæ fieret: quo facto vulpes quæque caudæ ſuæ conſulens, abibat: Reformatione evaneſcente. I. (XX.) Pr. 927. 928. ſq.

Cardinalium contentio cum V. Nationibus in Concilio Conſt. de Papæ novi electione præmittenda negotio emendationis membrorum Regiminis Eccl. pervincunt tandem, indignantibus Cæſare & Nationibus quibusd. ut ſepoſita tantisper Reformatione eligeretur Papa Martinus V. I. Prol. 29. I. (XX.)

Eorund. concertatio longa per 4 priores menſes Concilii, de Ceſſione Pontificum, verbone, an ferro acquirenda, de jure ſuffragiorum in Concilio, Epiſcopisne, an Laicis quoque competat. II. (VIII.) 186. ſq.

Eorundem acerrima proteſtatio contra Reformationem electioni Papæ novi

Digitized by Google

novi præmittendam. vid. IV. (X.) 1335. 1353. ſqq. (XI.) 1394. ſqq. 1398. ſqq. 1418. ſqq. 1426. &c. Martyrii Symbolum *rubeis pileis* declarant, ſi pro electione Papæ reformationi præmittenda eſſet moriendum. 1417.

Poſt multas Diſputationes, fluctuationes, diras Dimicationes concludebatur tandem contra Cardinales in Concilio Conſt. ceſſio Pontificum, ſeu verbis, ſeu ferro elicienda, jus ſuffragii non ſolis Eccleſiaſticis, ſed & omni ordini debitum, autoritas Nationum in conſultando & res Concilii definiendo &c. II. Prol. 20. fin. ſeqv. II. (VII.) per tot.

Proprium ſibi jus de Johanne XXIII. fugitivo judicandi & concludendi petierunt Cardinales, quod illis a Concilio negatum. IV. (III.) 148. (T. 3. ſq.)

Cardinalium.

Numerus, qualitas & creatio reformatur a Martino V. Concordat. cum Natione Germ. I. (XXIV.) 1057. & ſic in Forma Reformationis Curiæ Rom. Martini V. Concilio oblata, in Concord. cum Nat. Anglicana. Cap. I. &c.

Carolus VI. Gall. Rex vid. Gallia.

Carolina Conſtitutio vid. *libertas* Eccl. & IV. (VIII.) 561. ſqq.

Caſtellæ Rex.

Ejus litteræ ad Conc. Conſt. de ſtudio unionis Eccl. IV. (IX.) 820. ſq. 883. ſq. Comes etiam de Fuxo per Legatos Concilio unitus. 996-1012. Caſtellani Concilio uniuntur IV. (X.) 1336-1353.

Johannes de *Chlum.*

Fidus Comes Huſſi ad Conc. & in eo. IV. (I.) 22. publico programmate conqueritur de carceri tradito Huſſo, & violata fide Cæſaris. 28. init. 27. fin.

Chriſtus.

Ejus Paſſio, mors. Oratio de ea Alberti de Bon-Chriſtianis. V. (V.) 137. ſq. Chriſtus in triduo (quo fuit in ſepulchro) non fuit homo id. ibid. 146. fin. convenientior modus nos redimendi, niſi per paſſionem & mortem Chriſti, non fuit, nec eſſe potuit. ex Lombardo idem. 147. ſq.

Chriſti Corpus.

Ejus vita vel divina eſt & ſpiritualis, vel animalis & mortalis; illo reſpectu ſumitur in S. Cœna, utroque tamen eſt idem numero corpus, Jacobus de Miſa, Demonſtr. veræ exiſtentiæ corp. Chriſti in S. Cœna III. (XXIII.) 893.

Chriſtianiſmus.

Non eſt oneroſus, fugit ſuperſtitiones gentilium, ſequitur ſtricte ſolam legem Chriſti, ſine excogitato proprio cultu. Gerſon contra flagellantes III. (VII.) 98. ſq. 100.

Chryſolarae Manuel.

Epitaphium I. Prol. 10. ſq.

Ciſtercienſes vid. Monachatus.

An hi, & quidam alii Monachi poſſint jure propria poſſidere bona? III. (IX.) (X.) (XI.) 120. ſq. Anonymi Ciſtercienſis Affirmativa. III. (IX.) 122-130. Magni Monachorum Viſitatoris ſub Concilio Conſt. exarata Conſtitutio negativa, quod Monachi non debeant propria poſſidere bona. III. (X.) 131. ſqq. an monachus poſſit adhibere pronomen meus, mea, meum? 142. fin. ſq.

De annuis penſionibus monachorum & monialium, aliiſque ſubſidiis, quibus privatim fruantur. Deciſio media III. (XI.) 154. ſqq. Conſilium cum pio voto monachis & monialibus datum, pro pacanda illorum conſcientia 166. ſqq.

Clemangius Nicol.

Benedictus XIII. eum creat Secretarium ſuum, ut eum abſtraheret a ſtudio unionis, & conſiliis Gallicæ

Digitized by Google

aulæ. Quod cum non impetraret, & Papa idem in Regem Gall. excommunicationis fulmen vibraret, fit Clemangius exul aula, quo ſuſpicionem ſcriptæ a ſe excommunicationis a ſe depelleret. Os ſibi pro candore, obturari non ſivit bolo injecto, ſeu officii aulici, ſeu Epiſcopatus, ſicut *Johannes Dominici*, qui unionis procurandæ antea ardentiſſimus, at Epiſcopatus offa injecta, unionem oppugnavit. I. (II.) 19. ſq. Partes tamen Benedicti ſemper occulte ſectatus eſt Clemangius ibid. 20. teneriorem in hunc affectum, quem palam negabat, haud obſcure prodidit Epiſtola ad Concilium Conſt. exhortatoria. Hujus enim decretum: ex 3 Antipapis non eſſe quenquam denuo eligendum, Clemangii reprehenſionem non effugit, ſperantis videlicet, Benedictum, ſuum antea herum, tametſi ſede motum, iri repetitum ac reſtitutum. Quod pio dandum affectui I. (II.) 38. Ejus *Vitam.* 71-84. primus Hardtius ex monumentis eruit.

Ejus Liber de ruina Eccleſiæ, ſcriptus an. 1394. non 1414. id quod putat Wharton 73. (i) invitus fit Secretarius Benedicti XIII. migrat ex ejus aula 77. a Pontifice in aulam retrahendus, ſed fruſtra. 79 ſenectutem attigit, ſed an Concilii Baſilienſis tempora? valde dubium. 80. ejus mors & Epitaphium. 81. Lydiana editio ſcriptorum ejus toto cœlo differt a MStis hic divulgatis ab Hardtio. 82.

Idem Nicol. *Clemangius,*

Theologus Pariſienſis. claruit ſub Concilio Conſt. Ejus ſelectæ Epiſtolæ, quibus Reges, Principes, Pontifices, Epiſcopos, aliosque Cl. viros, ipſum denique Concilium Conſt. enixe rogavit, ut res corruptiſſimas Eccleſiæ emendarent, & diſſidia componerent. edidit illas ex MS. longe præſtantiſſimo Wolffenbüttelenſi van der Hardt. (II.) Pr. R. 3. 3. ſq. & pag. 1. Operis ſqq.

Ejusd. Opuſc. de Ruina Eccleſiæ. totum inſertum. I. (III.) tot. Sicut Huſſius, Hieronymus Prag. Jacobellus & alii extitere Emendatores violenti, ita Clemangius, Vrie, Gerſon &c. fuere Reformatores moderati. Hardt. I. (II.) 3. fin. Clemangii genius ibid. ſq.

Clemens VII. Papa.

Curiæ Gallicæ, quæ cum peſſimo Urbano VI. (vulgo ob mores Turbano) oppoſuerat, fit mancipium. mens ejus melior, ab Aulicis & Clero in abuſum verſa. I. (II.) 1-4. ſqq.

Ejus vitam & thronum deſerentis monumentum, & evectio in thronum Benedicti XIII. ib. 15. ſqq. & præcc.

Clerici.

De eorum vita reformanda & honeſtate reſtituenda, Reformator. Decr. I. (XII.) 691. ſqq. item quam graviſſime, Theobaldus Orat. de nimia Concilii mora in Clero emendando. I. XIX. tot.

Vita *Clericorum* honeſta.

De ea Oratio in Concilio Conſt. Jacobi Ep. Laudenſis præclara V. (V.) 115. ſqq.

Clericorum Veſtes vid. Lit. V.

Clerus vid. Eccleſia.

Ejus faſtum, arrogantiam, nimiam pompam, libidines vagas, in Papa, Cardinalibus, Epiſcopis &c. perſtringit Theod. Vrie I. (I.) 64. ſqq.

Laicorum conditio melior ib. 73. 75.

Cleri tyrannis & ſacrilegia ante Concilium Conſt. ibid. 73. ſqq. Prælaturas

Digitized by Google

laturas quæſtui habent. ib. 82. monaſteria exactionibus diris expilant, ut non ſuppetat victus monachis, ac præſertim monialibus, quæ inde coguntur, aut corpus venale præbere, aut cœnobia deſerere, *virorum mercando favorem.* ib. 74. Scelera ſubditorum ſunt lucra & gaudia Prælatorum, *curantium non, quantum quis deliquerit, ſed quantum quis ſolvere poſſit.* ib. 73. fin.

Imperii Rom. per Pontifices enervatio, gladius Imperatori extortus & Papæ vindicatus, vivis dipingitur coloribus. I. (I.) 77. ſqq.

Seculares Principes (inquit Vrie) *ejusmodi ſcelera non ſenſi effeciſſe,* (qualia Rectores Eccleſ. publicæ patrant) quorum aures talia audire etiam perhorrent. I. (I.) 75.

Cleri ignorantia ante Concil. Conſtant. I. (I. 82. ſqq.

Faſtui, tyrannidi &c. vitiis Cleri remedium exſpectatur a Cæſare I. (I.) 111. 112. ſqq.

Clerici

Non poſſunt adigi ad poenitentias publicas, *probibet hoc ſollicite* (inquit Gerſon) *lex Chriſti, propter reverentiam ſtatus Clericalis* III. (VII.) 99.

Cleri corruptelæ.

Salſis ac lepidis verbis Wimphelingii perſtringuntur I. (V.) 227. ſq. it. Petri de Brüxellis Sermone: De periculis Clero depravato imminentibus. I. (XV.) 855. Stephanus & Mauritius de Praga Orationibus in Concilio habitis I. (XVI.) & I. (XVII.) tott. 855. Bernh. Baptiſati Invectiva in Clerum I. (XVIII.)

Adolphus *Cliviæ* Dux.

Evehitur ex Comite ad Ducalem dignitatem a Cæſare in Concilio Conſt. præſens. vid. V. (V.) init. Tabulas æri inciſas.

S. Coena:

Corpus Chriſti verum, ſecundum divinam & ſpiritualem vitam (non mortalem & animalem) ſumitur in S. Coena, Jacobus de Miſa demonſtratio veræ exiſtentiæ corporis Chriſti in S. Coena, III. (XXIII.) 893. 894. fin.

De Dignitate hujus Sacramenti, & contra negantes exiſtentiam corporis Chriſti in S. Cœna, 921. ſq. de variis formulis idem negantium 929. De digna præparatione ad uſum hujus Sacramenti. 923. ſq.

De Sententia Wiclefi quoad exiſtentiam corporis Chriſti in S. Cœna. 925. ſq.

NB. Media via incedit Jacobellus, negando transſubſtantiationem, & tamen demonſtrando veram ſe credere præſentiam corporis Chriſti in S. Cœna, nec Wiclefum a ſe diſſentire. III. (XXIII.) paſſim.

De officio Sacerdotum erga plebem S. Cœnâ uſuram ibid. 927-929.

Collectores.

Redituum papal. deſcribuntur. I. (III.) 11. ſq. vid. *Curia* Rom.

Colonienſis Archi - Epiſcopatus.

Ambitur a Wilhelmo de Monte, qui ne literam quidem Teutonicam legere ſciebat, contranitente Theodorico de Morſa, quem Joh. XXIII. huic ſedi præfecerat. Hinc ditionum devaſtatio. Componitur lis matrimonio, cui jungit hic Neptim ſuam Wilhelmo Montenſi, promiſſa dote ex reditibus Colonienſis Diœceſeos. II. (XV.) 428. fin.

Comitia Cæſaris & Principum.

In Concilio Conſtantiæ habita, Præſide Cæſare vel ipſo, vel Friderico I. Elect. Brandeb. V. (VI.) 163. ſq.

Commendæ.

Earum damna in Eccleſia. I. (VII.) 283.

Digitized by Google

283. ſq. 297. it. Zabarella I. (IX.) 515.

Commendæ.

Sublatæ. Concordat. Martini V. cum Germ. Nat. in Conc. Conſt. inita I. (XXIV.) 1065.

Communio ſub una v. *Commun.* ſub utraque.

Irrepſit in quasdam Eccleſias ob periculum effuſionis, autumante Thoma d'Aquino, quocirca diſputat Jac. de Miſa contra Brodam III. (XVI.) 547. ſq. & contra Bonaventuram 550. ſq. item Lyram 555. ſq. de variis cauſis ſublati calicis, maxime priſtino religionis ardore 556. ſq. ut carius haberetur ſacramentum 559. propter infirmos longius ab Eccleſia diſtantes. quæ refutantur per Jacobum de Miſa III. 552. ſqq.

Stabilita communio ſub una per hiſtoriam ſeu fabulam miraculi: religioſis quibusdam cum frangeret ſacerdos panem conſecratum in patina, ſubito hæc repletur ſanguine, cum partes hoſtiæ iterum jungeret, totum viſum eſt redintegrari, hinc illi fratres a deſiderio ſub utraque ſpecie communicandi abſtinuere. III. (XVII.) 588. collata (XVII.) 603. fin. ſq.

Introducta videtur Gerſoni propter varia pericula 1. in effuſione. 2. in deportatione ad longinqua loca. 3. in vaſorum ſordidatione, quæ deberent eſſe ſacrata, nec paſſim tractata vel tacta a Laicis, & multo minus deberet vinum conſecratum vendi Apothecis, ſicut fieri dicitur apud tales. 4. in longis barbis Laicorum. 5. in conſervatione pro infirmis, quia poſſet in vaſe acetum generari, & ita ibi deſineret eſſe ſanguis Chriſti, nec ſuſcipiendum eſſet, ... adde, quod vermes aut muſcæ in clauſo quatumvis vaſe generarentur, quandoque etiam putreſceret & fieret abominabile ad bibendum. it. quando multi alii præbibiſſent. &c. & quo in vaſe fieret conſecratio tanti vini, quantum requireretur in Paſchate pro 20000 perſonis? 6. In ſumtuoſitate vini, cum in multis locis vix invenitur, vel care venditur. 7. in congelatione. 8. in falſæ credulitatis inductione, idque multipliciter, quod tanta videretur dignitas Laicorum, ac Sacerdotum circa ſumtionem corporis Chriſti: quod neceſſitas ita ſub utraque ſumendi damnare videretur tot myriades hominum, ſub una per tot Secula communicantium, aliterque ſentientium Doctorum, Eccleſiæ maxime Romanæ, & ipſius Concilii Conſtant. erroris hoc pacto rei, adde periculum Schismatis jam manifeſti, utique per Cæſarem exſtirpandi &c. III. (XX.) 778, 779. ſq. In primitiva Eccl. Laicis fuit conceſſa communio calicis, in memoriam martyrii, quotidie illis imminentis. Quo fine poſtea ceſſante, fuit quoque ſublatus calix. Mauritius de Praga III. (XXI.) 791. coll. XXII. 811, 812. Concilium Conſt. habuit jus, uſum receptum negati calicis confirmandi, idem 793. & communionem ſub utraque damnandi 801. Laici habent uſum hujus Sacramenti ex obligatione, non divina, ſed Clericorum ac Conciliorum, Toledani & Conſtantienſis: Idem 802. ſqq. NB. pro vindicanda Communione ſub utraque omnium ſolidiſſime facit Jacobi de Miſa Demonſtratio de Neceſſit. Comm. ſub utraque ex Script. S. & Patribus ac Doctoribus, III. (XXII.) 805 - 826. collata cum Mauritii de Praga Confutatione

Digitized by Google

tatione fuſa ibid. 827 - - 883. inprimis de cauſis, quare ſub una plebem communicandi mos ſit introductus in Eccleſiam 845 - 849. XVII. Cauſæ ejusd. Mauritii, quæ Gerſonis ſupra citatas cauſas fere referunt & illuſtrant. vid. *Communio* ſub utraque. *Jacobus* de Miſa.

Communio ſub utraque v. *Jacobus* de Miſa.

Hanc primus docuit & introduxit Mag. Mathias Prag. Paſt. 25. annis ante Conc. Conſt. mox repreſſus. feliciori cum ſucceſſu autem eam ſtabilivit Jacobus de Miſa, ſub ipſo Conc. Conſtant. III. Pr. 16 - 24. & III. (XIV. - - XXIII.) ubi decem Libris controverſia inter Brodam maxime & Jacobum agitata fuſe recenſetur. a libellis ultro citroque ſcriptis venitur ad bella cruenta. III. Prol. 22. & inprimis Hiſtorica momenta Jacobi Miſeni III. (XIV.) Pr. 335 - 338.

Hàc Communione ſub utraque utitur Sacerdos, quia taliter ſumit corpus Chriſti, qualiter offerri juſſit Chriſtus in altari, nim. ſub utraque ſpecie; Laicus non offert, Ergo non communicat pro peccatis omnium fidelium, ſed tantum pro ſuis, ſicut facit Sacerdos, Ergo non debet communicare ſicut Sacerdos III. (XIX.) 753. Huſſitæ ſaltem peccant in pacem Eccleſiæ, quam, improbando ritum multorum retro Seculorum, conturbant III. (XIX.) paſſim. loca Joh. VI. & 1. Cor. XI. vindicantur contra Bohemos ib. 743. ſq. 750. ſq. Auguſtinus dicens: *crede & manducaſti*, etiam dicere potuit: *crede & bibiſti.* Gerſon contra Jacobellum III. (XX.) 769.

An conſuetudo Eccleſiæ ſit mala communicandi ſub una? Jac. de Miſa contra Brodam. III. (XVI.) 522. ſqq.

Sicut S. Cœna eſt inſtitutum Chriſti medicinale contra fragilitatem fidelium infirmorum, quales erant tunc Apoſtoli, (quibus contra tentationem ex paſſione Domini imminentem eam admovit ſervator,) ita panis æque ac vinum ad roborandum fideles omnibus ex æquo inſtitutum eſt Sacramentum perfectum, nec mutilandum. Jac. de Miſa paſſim V. g. III. (XVI.) 468. ſqq. Idem fatetur Bonaventura: *neutra ſpecies*, inquit, *per ſe exprimit (efficaciam &) ſignificantiam hujus ſacramenti, ſed utraque ſimul. Et hoc patet ſic: Chriſtus eſt cibus perfecte reficiens manducantes ſpiritualiter & ſacramentaliter: perfecta autem refectio, non eſt in pane tantum, nec in vino tantum, ſed in utroque ſimul.* III. (XVI.) 550. ob periculum effuſionis autem Thomas d'Aquino & Bonaventura aliique approbarunt morem ſenſim in quibusd. Eccleſiis receptum, calicis uſu plebem privandi, confirmante eum Concilio Conſt. ibid. & 547. coll. 577. fin. ſq.

Theologorum Concilii Conſtantienſis 6. Concluſiones contra Jacobum Miſenum & Comm. ſub utraque III. (XVII.) 586. tot. vid. *Communio* ſub una, & *Alex.* de Halis.

Reſponſio ſeu Apologia Jacobelli ad has 6 Concluſiones III. (XVIII.) tot. 591. ſqq.

Ad Theologorum Conſtant. Argumentum: Eccleſia potuit licite mutare morem Chriſti primitivum, poſt cœnam (cibum) ſumendi Euchariſticum panem & vinum, Ergo potuit etiam licite mutare morem

Digitized by Google

rem primævum communicandi ſub utraque, reſpondet Jac. Miſenus 600. ſq.

Argumentum petitum a conſuetudine ab Eccleſia introducta, evertit 608. ſq. urgens, Falſam Synagogam arrogare ſibi titulum Eccleſiæ &c. Invectiva Jacobi de Miſa in Concilium Conſtantienſe, 643. ſqq. vid. *Jacobus* de Miſa.

Contra *Communionem* ſub utraque Anonymi argumenta: III. (XIV.) 356 - 377. repugnat intentioni Chriſti. Caput 6. Joh. *qui non bibit ſanguinem meum, non habet vitam* &c. eſt ſpiritualiter, non ſacramentaliter intelligendum, 356. 358. 360. ſqq. it. 369. - - - - - - maximum peccatum eſt, fundere ſanguinem per pepla mulierum, virorum barbas madidare &c. ſanguinis in Communione guttâ ſi contingat madidari barbam laici hominis, vel veſtem, debet cum tota veſte & barba iſte laicus cremari, & in profundum inferni reponi; Ergo ad evitandum hoc incommodum cremandi laicos, ordinavit Eccleſia communionem ſub una. vid. Pii Papæ Capitulum de conſecratione 369. 2dum argumentum 370. periculum eſſe portare ſanguinem Chriſti per campos, ſylvas -- ad infirmos, propter lapſum hominis, vel jumenti. Si etiam ſervaretur ſanguis Chriſti, prout hoſtiæ ſervantur, facile mutaretur in acetum, (& tamen dixerat pag. præc. ſanguinem Chriſti in Communione eſſe immortalem, indiviſibilem & glorificatum, cum fuſus in cruce pendentis Chriſti fuerit mortalis & diviſibilis) Tert. arg. multi venirent in diſcrimen ſalutis, ſcil. non valentes bibere vel odorari vinum, ut patet in Rege Poloniæ & multis aliis; quartum & quintum: tempore peſtilentiæ & in bello juſto, quam magna vaſa, quam vaſti calices deberet præparari, pro tanta plebe, pro tot millibus militum? quis poſſet tam vaſtos calic. elevare? - - - - Septimum: nova lex debet reſpondere veteri; in veteri enim lege ſanguis ſuper altare fundebatur, Ergo & in novo, (in os ſacrificuli) octavum: propter evitandam hæreſin Neſtorii & ſuorum ſequacium, qui ſub utraque ſpecie communicant laicis &c. 370. 371.

Andr. Brodæ Diſp. Academica contra Jacobi de Miſa Communionem plebis ſub utraque III. (XV.) 392. ſqq. eodem ſtylo cum anteced. Epiſtola, & iiſdem fere argumentis. v. g. 394. - - - - Si Chriſtus voluiſſet, ut laici communicent ſub utraque ſpecie, ad ultimam coenam, (in qua diſtribuit ſanguinem & corpus ſuum) etiam advocaſſet Matrem, Virginem Mariam, quæ fuit dignior omnibus Apoſtolis, quia ter fuit ſanctificata &c. De Patrum & Doctorum dictis, communionem ſub utraque, uti videtur, aſſerentibus 402. ſq. de Praxi primæ Eccl. 464. vid. Reſponſionem Jacobi de Miſa. III (XVI. 450.

Item novum argumentum, petitum a ſatiationibus Chriſti, ante & poſt reſurrectionem. Quando Chriſtus Math. VIII. ſatiavit 5000 homines, dedit iis panes & piſces, non vinum, ſic Joh. VI. & diſcipulis, Emauntem cum eo ambulantibus, fregit panem, non porrexit vinum. III. (XV.) 397.

Ad omnia & ſingula hæc reſpondet abunde Jacobellus III. (XVI.) & (XXII.) tot. Conſuetudo primit. Eccl. communicandi ſub utraque III. (XVI.) 562. Patrum & Doctorum priſcorum 476-501.

Comæ

Comœdiæ Sacræ.

Earum origo in Germania debetur non Reuchlino ſed, Anglis, qui læti ex reditu Cæſaris Sigism. ad Concilium ex Anglia, comœdias ſacras primi adornarunt Conſtantiæ. iisdem Cæſarem, Ludovicum Bavarum & ceteros Proceres ſub convivio exceperunt. IV. (X.) 1088. ſqq. 1091. ſqq. Reuchlinus tamen primus Comœdiam latinam luſit Heidelbergæ in ædibus Principis 1089.

Concilium vid. Eccleſia. item *Papa*.

In rebus fidei, non ſine rationibus ex Scriptura S. petitis quid ſtatuendum eſt in Concilio I. (II.) 45. fin. ſq. Clemangius.

Non credendum ſcriptis, ipſisque decretis Concilii Gener. niſi ratione nixis, nec ſcriptori & Decernenti, ſed veritati credendum. Licet decretis Concilii, etiam generalis, aliquid opponere & contra diputare. id. ib. 51. 52. ſq.

Concilia univerſalia non æqualia ſunt, nec ejusdem autoritatis. Gregorius M. non niſi 4 priora ſe venerari dixit, 53. & 99. Regulam JCtorum: Eccleſia militans ſæpe fallit & fallitur, apporobat idem & demonſtrat. 53. ſq. variis argumentis. V. g. non omnes Concilii adſeſſores ſunt in gratia apud Deum, & ſi des, eſſe omnes regenitos, gratia Dei non facit impeccabiles nec infallibiles. 54. movet illa ad bonum, non cogit. 55.

Concilium poteſt falli ex defectu præparationis. Unius nutu totum Concilium poteſt falli. 63. major pars concludens in Concilio non ſemper regitur Spiritus S. utpote minus ſincera. pauci ſinceri reliquis cedere coguntur. Quinam in Concilio a Deo regantur, ſoli Deo conſtat. 64. 65. pauci in Concilio, qui non ambitioſi, contentioſi, arrogantes. 62. & 66. fin. multæ cauſæ, ex quibus Concilium Univerſale poſſit in errorem deduci. 68.

Absque prævia Reformatione Eccleſiæ & Eccleſiaſticorum omne reliquum Concilii ſtudium eſt irritum. 59. fin. ſq.

Concilium univ. refert Eccleſiam univerſalem 85. ſq. ei non poteſt præeſſe, nec id convocare Papa ceſſurus vel removendus, quia in propr. cauſa non poteſt eſſe judex. Principes cum Prælatis debent id convocare, & Papam adcitare. 86. 87. Concilium in dominio Papæ ſubjecto loco, non eſt admittendum. 88. Concilium eſt ſupra Papam, poteſt novas leges condere, antiquas abolere, Papam removere 88. ſq. debet Papæ poteſtatem limitare. 90. ſq. & ejus ſtatum reducere ad formam antiquam, qua Imperialis poteſtas, non dependit a Papa. 92.

Concilium univ. convocandi jus & autoritas eſt penes Imperatorem I. (V.) 97. ſqq. Gerſon. item Petrus de Alliaco I. (VIII,) 444. de tuto loco Concilii univ. diſquirit Petrus de Alliaco I. (VI.) 267. ſq. Concilia provincialia generalibus præmittenda & frequentanda I. (VIII.) 432.

De Concilii generalis modo agendi & jure, inprimis contra Schismata futura. Reformatorii Conſt. Protoc. I. (X.) 583. ſq. id. de futuris Conciliis celebrandis, ad depellendum artes Papæ. 650. ſq. & Schismata futura. ibid. it. in remedium electionis Papæ per metum factæ 651 - 655.

Concilia ſemper fuere Schismatum antiqua remedia, quod fuſe deducit Theod. Vrie per Inductionem

Digitized by Google

Conc. Hieroſ. IV. Conciliorum Oecumenicorum, & ceterarum Synodorum uſque ad Conc. Conſt. (quanquam non ſine nævis hiſtoricis) I. (I.) 91 - 99. - - convocandi jus Cæſaris & Pontificis I. (I.) 154.

Concilia celebrandi facultas non fuit primis Chriſtianis ante Conſtantinum M. quod probat Henr. de Langenſtein II. (I. 26.

Jus Cæſaris in ciendo & convocando Concilio II. (VIII.) 202.

Concilium generale eſt judex in rebus totam Eccleſiam ſeu perdentibus, ſeu ſalvantibus, isque ſuperior Papa. II (VIII.) 212.

De Eccleſiæ repræſentativæ, ſeu Concilii autoritate ſupra Papam vid. Gerſonis Cancell. Paris. Orat. publ. in Conc. Conſt. habita: De autorit. Concilii. II. (X.) 270 - - 274. collatis Pariſienſium argumentis ibid. Concilium eſſe ſupra Papam Pariſienſes probant: quia Concilium univerſale poteſt facere decreta, quibus non licet Papam contravenire, - Gregorius M. faſſus eſt: ſe venerari IV. Concilia ſicut IV. Evangeliſtas, prout habetur in *Decretis Diſt. XV.* & Auguſtinus: Eccleſiæ non crederem, niſi me compelleret autoritas Eccleſiæ, & Hieronymus: Si autoritas quæritur: Orbis major eſt urbe. item: Eccleſia univ. poteſt Papam deponere, ſed non Papa Eccleſiam univerſalem. item Chriſtus jubet fratrem peccantem in fratrem finaliter accuſare coram Eccleſia, à qua lege nullum excipit &c. II. (X.) 278.

Item: alius JCti & Oratoris: In Schismatis Papalis caſu, ubi blandis viis ceſſio omnium, & ſingulorum non poteſt impetrari, nec digladiationum eſt finis inter Papas & horum Adſeclas Cardinales, quis erit Judex? Non Papæ, vel Cardinales: quia Judices eſſent in propria Cauſa, Ergo Concilium. II. (XIII.) 288. conf. Ej. Orat. al. infra pag. 481. ſq.

Concilii generalis Deſcriptio: eſt regula a Spiritu S. directa, tradita a Chriſto, ut quilibet, cujuscunque ſtatus, etiam papalis exiſtat, eam audire ac eidem obedire teneatur. &c. Gerſon Orat. II. (X.) 272. Ejusd. alia Definitio: *eſt adgregatio legitima Autoritate facta ad aliquem locum ex omni ſtatu hierarchico totius Eccleſiæ Catholicæ, nulla fideli perſona, quæ audiri requirat, excluſa, ad ſalubriter tractandum & ordinandum ea, quæ debitum regimen ejusdem Eccleſiæ in fide & moribus reſpiciunt.* ibid. num. 7. & Demonſtratio, Benedictum eſſe Hæret. 482. Sine Concilio nec Papam Johannem potuiſſe ſede pelli, nec Fridericum Auſtr. in ordinem cogi, probat Theod. Niemius II. (XV.) 389.

Concilium univerſale unicum Schismatis remedium. Henr. de Langenſtein II. (I.) 6. ſq. (al. de Haſſia) Regum quondam ſtudia in convocandis Conciliis, v. g. Bracarenſi 1. Toletano XII. VIII. & IV. Adhortatur idem Henricus Reges ad iſtorum imitationem. II. (I.) 7 - 9.

Majeſtatis Regiæ jus eſt, publicam, ope Concilii, emendationem procurare II. (I.) 9. 10. ſq.

Dubia IIX. contra Concilii vim in componendo Schismate Papali; ib. 20 - 25. ſolvuntur XIV. argumentis, & Concilii jus adſeritur. II. (I.) 26. ſq. & ab eod. Henr. de Haſſia II. (I.) 38. 39. ſq.

Con-

Digitized by Google

Concilium eſt ſupra Papam & Cardinales, quod probatur: quia Eccleſia univerſalis eſt immunis ab errore. quod non eſt Papa & Cardinales. idem II. (I.) 29. ſq. it. 44.

In caſu neceſſit. Concilium poteſt convocari ſine autoritate Papæ ib. 41. Nec ad naturam Concilii pertinet, ut fiat per Papam. 42.

Pro univ. Concilio maturando Henrici de Haſſia Votum II. (I.) 59.

Concilium univ. eſſe ſupra Papam, & alia ad autoritatem & jura Concilii ſpectantia egregie demonſtrat Gerſon Orat. ante iter Sigismundi in Conc. habita II. (XVII.) 472. ſq. notentur verba: antea, quando putabatur, adulatoribus Paparum ita crepantibus: *Papam non ſubjectum eſſe generali Concilio, nec judicari poſſe per ipſum, generaleque Concilium omne ab ipſo robur accipere, nec poſſe, ſine Papa quocunque caſu convocari & ſtabiliri, nemo poterat ei dicere: Papa quid facis? erat enim ſolutus legibus, & ſupra jus, quæ ſubdola adulatio convertebat Paparum in libidinem dominandi, in tyrannidem Eccleſiæ deſtructricem. &c.* 475.

Concilium poteſt damnare ſententias, quæ ſola Scriptura S. nequeunt refelli, citra Patrum & Eccleſiæ uſum, idem Gerſon probat, exemplo damnati Huſſi, Wicleſi &c. Hæreticorum abſolute revocare nolentium, *niſi ex rigore textus S. Scripturæ convincantur;* ſententia: quod Decreta & Decretales Doctorum ſint apocryphæ - late patet ad errores &c. Ergo ſtandum Concilio. Gerſon 479.

Concilium poteſt decernere de bellis Chriſtianorum Principum, prohibendo eis vias facti, & ad ſuſcipiendas vias juris & rationis, per cenſuras Eccleſ. compellendo. id. 482. fin.

Concilia ſunt frequenter celebranda, ſalem quovis decendio 483.

Concilii forma eſt directio, quam habet ex aſſiſtentia ſpeciali Spiritus S. & Chriſti promiſſione; hinc eſt regula infallibilis. II. (XVII.) 481. fin. ſq.

Gerſonis Demonſtratio facta in Concilio Conſt. Benedictum XIII. eſſe hæreticum, & ſede pellendum, ſcriptum ſolidum, ſi quod aliud Gerſonis, publice prælectum, cum Cæſar ex Hiſpania jam redux reformationem Cleri urgeret, Concilio mox Petrum de Luna dejiciente & novum Papam eligente. In hoc libello omnia ſuperius allata ex Orat. ante iter Cæſaris habita (a pag. 472 - 484.) repetit & uberius confirmat. pertinet huc inprimis Cap. Imum. II. (XIX.) 566. ſq. conf. rubra: *Eccleſia*, *Papa*, & ibi excerpta.

Quomodo plenitudo Eccleſiaſt. poteſtatis ſit in Eccleſia vel generali Concilio, *Gerſon.* 112. ſq. de Univerſalis Concilii autoritate ac jure, Gerſon VI. (III.) 123. ſq. idem argumentum fuſiſſime perſequitur Andreas Ep. Magorenſis libro: *Gubernaculum Conciliorum*, exhibito ex MS. VI. (IV.) 140 - 333. ſcripſit eum in Concilio Baſil. & provocat ſubinde ad autoritatem Conciliorum ſtabilitam in Concilio Conſt. ut 153. fin. ſq. provocat ad Concilia primæva 159. 160. item ad IV. Concilia Apoſtolorum*, urgens: tantam iſtorum congregandorum non fuiſſe neceſſitatem, quanta poſtremis ſeculis ſubinde nova celebrandi concilia appareat. 187. ſq. - 201.

De Concilio Nicæno, & pari ne-

 ceſſitate

ceſſitate novorum Conciliorum 202. ſq. De IIdo, Conſtantinopolitano. 207. ſq. De Tertio, Epheſino 209. ſq. Chalcedonenſi, collato cum novis Conciliis celebrandis. 212. ſq. De Quinto & 6to, & ſimilibus novis inſtituendis, 215. ſq. de 7mo & 8vo & paribus reſuſcitandis. 219. ſq. ſuadet, 217. ſq. Durante Concilio Generali debere in ſuſpenſo manere (quando duo Anti-Papæ exiſtunt) omnia officia, in Curia Romana fieri conſueta, v. g. nihil expediendum eſſe in Audientia cauſarum, Cancellaria literarum, Officio Pœnitentiariæ, Auditoriatu in Concilio, præterquam ad id, ad quod fuit convocatum, ſcil. ad reformationem Eccleſiæ in Capite & membris. ſecus ac factum dolet in Concilio Baſileenſi, ubi Patres Concilii tenent Audientiam cauſarum, Cancellariam &c. & Papa Eugenius eadem officia excercet. unde ortum Schisma inter *Cortiſanos*, quibusdam ſe vocantibus, *Papaliſtas*, quibusdam, *Conciliaſtas* &c. De Octo illis Conciliis, quæ recenſuit, dicit, 222. quod quaſi in ſedecim annis omnia illa 8 concilia ſint celebrata, ad tollendum hæreſes & Schismata; multo magis urgeri nunc Eccleſiam, infert, neceſſitate Concilia frequentandi, ſextuplici fine 1. ut reformetur curia Rom. 2. ut hæreſes exſtirpentur. 3. ut Græci & Armeni Rom. Eccleſiæ conjungantur. 4. ut omnia bella inter Reges & Principes Europæ tollantur. 5. ut mittantur Miſſionarii ad terras Chriſtianitatis deperditas, Africam, Aegyptum, Aethiopiam, Barbariam, Turciam, Tartariam &c. convertendas. 6. ut - - exſtirpentur Prædatores bonorum Eccleſiaſticorum &c. item putat, 223. ad Concilia Generalia non requiri convocationem omnium Principum, Regum, Ambaſſiatorum, Epiſcoporum & Abbatum, ſed ſufficere præſentiam aliquorum Eccleſiaſticorum & aliorum Chriſtianorum, per quos repreſentetur Eccleſia univerſalis. Probat hoc exemplo octo Conciliorum Orientalium 223. fin. ſq. v. g. in Conc. Gangrenſi patres 17 feciſſe Canonones XX. &c.

De XVI. Synodis veterum in partibus Occidentis, & quam ſollicite recentiora Concilia generalia ad normam veterum ſint inſtruenda, idem Magorenſis Ep. VI. (IV.) 225. ſq. frequentius eſſe celebranda noſtro tempore concilia vel inde probat, quia a tempore baptismatis Conſtantini M. uſque ad Bedam præfata iſta 32. Concilia ſunt celebrata, videlicet intra 60. annos. Quot fuerint Patres in ſingulis his Synodis, enumerat, 225. ſq. 233. ſq. & inde concludit, magnum numerum Prælatorum, Ambaſſiatorum &c. non requiri in Concilio generali, ſufficere paucos. in quibus vel duo ſint in charitate Dei & gratia congregati, hos duos poſſe judicare de toto mundo, & ſufficere ad reformandam Curiam Rom. & Eccleſiam 234. ſq. & quia in iſtis 32. Conciliis non præſedit Papa, nec multitudo adfuit, multo minus præfuit Cardinalium &c. (pleriſque Patribus horum Conciliorum exiſtentibus infer. ordinis Clericis & bonis Chriſtianis) multitudo, noſtra quoque Concilia putat ſine Papæ Prælatorumque aliorumque aliorum præſentia celebrari poſſe 235. ſq.

De

De *jure Suffragii in Concilio gen.* fuſe diſputat 236 - 269. diſquirit ſententias tribuentium id jus 1) ſolis Epiſcopis, 236 - 253. 2) ſoli Papæ & Cardinalibus, 254. ſq. 3) Doctoribus, Magiſtris & quibuscunque Chriſtianis, 256 - 268. in hanc tertiam ſententiam inclinat multis argumentis, Alliaci, Gerſonis, & ſuis, 269. 270. ubique autem candorem temperat cautione: *quidquid ſcribat*, inquiens, ſe relinquere determinationi S. matris Eccleſiæ univerſalis, & Domini Papæ. 270. fine Partis VI.

De *jure convocandi Concilia*, 270. ſqq.

Qui teneantur venire ad Concilia? Num ſoli Epiſcopi? 286. ſq.

Num & reliquus Clerus & Principes? 290.

De *pœna non comparentium.* 294.

Qui poſſint Concilia diſſolvere? ubi confirmatur autoritas Concilii ſupra Papam 299. ſolum Concilium poſſe Concilium diſſolvere probat 303. ſq. - 333.

Concilium eſſe ſupra Papam demonſtrant Joh. de Segovia, it. Panormitanus & Henr. Toke Canonicus Magdeburg. Archiepiſcopi ad Conc. Baſileenſe Legatus, his fere argumentis: 1) quia Eccleſia ſe habet ad Papam ut cauſa formalis, qui eſt Caput miniſteriale Eccleſiæ, quæ multiplici ratione præfertur Papæ, (ſicut corpus eſt nobilius quolibet ſuo membro, etiam principali, capite, quod eſt Papa) Eccleſia enim habet ſuam poteſtatem immediate a Chriſto, Concilium autem repræſentat Eccleſiam militantem, Ergo 2) etiam Concilium omne generale legitime congregatum poteſtatem ſuam habet immediate a Chriſto, & hinc dicitur in Spiritu S. legitime congregatum. Et licet Papa Præſes ſit, id tamen non eſt de neceſſitate, ſicut factum in Concilio Conſtant. cum aufugiente enim Papa ex Concilio, non aufugit ſimul Spiritus S. Quod enim Deus conjunxit, homo (Papa) non poteſt ſeparare; quod ſi valet in temporalibus, quanto magis in ſpiritualibus, in ſponſa Chriſti, qui huic manet conjunctus, licet caput miniſteriale fugiat. 3) Decreta id probant Seſſionis XXXII. Concilii Conſt. de perpetua in futurum celebratione Conciliorum, ut ſit perenne remedium in caſu Schismatis & creſcentis Corruptionis &c. 4) Papa in juramento, ipſi in Conſtant. Concilio præſcripto, tenetur ad fidem omnium Generalium Conciliorum, Ergo Concilium eſt ſuperius Papa, ſi enim eſſet inferius, non poſſet Papæ præſcribere leges. 5) Quia, juxta verba Conſt. Conc. quilibet, etiamſi Papalis dignitatis fuerit, tenetur obedire Concilio univ. legitime congregato; ſub pœna Excommunic. & recurrendo ad vim coactivam ſecularem. 6) Quia Martinus V. Concilii Conſt. Decreta confirmavit, ſicut poſtea & Eugenius Papa Concilium Baſileenſe primo approbavit, etſi multa poſtea ſugillaret in quibusdam Conſtitutionibus, & vellicaret. 7) Quia Conc. Conſt. depoſuit tres Papas viventes & contranitentes, & alium elegit. 8) Quia idem Conc. multa, quæ ſunt ſummæ Pontificalis poteſtatis, per ſe exercuit, toto orbe Chriſtiano conſentiente, nec quoquam poſtea illos actus reſcindente. 9) Quia, ſecus ſi fuerit, dicendum, nec Martinum V. nec Eugenium fuiſſe legi-

legitimos Papas, quoniam uterque per Concilia univerſalia fuit conſtitutus. 10) Quia Ecclesia, in qua eſt omnis jurisdictionis fundamentum, poteſt omnem jurisdictionem exercere, ſicut poteſt, & facit, mortuo Papa. VI. Prol. 8-20.

Concilii quales adſeſſores eſſe deberent. Miſſæ, proceſſiones, preces publicæ, multæ cantiones parum proſunt in Concil. ſine puritate cordis & conſcientiæ munditia. pro pompa Principum & Prælatorum, pœnitentia totius populi Chriſtiani optimus ad Concilium apparatus. Clemangius I. (II.) 32. 33. ſq.

Concilium quodvis Univ. (neque id Conſtantienſe) non facit Articulos fidei, nec eſt infallibile, nec in eo pro beneplacitis res ſunt definiendæ, maxime fidei I. (II.) 45. 46. ſq. Conc. Piſani decretum unum fuit falſum 50. idem.

Concilia Provincialia.

Sint frequentiſſima ad morum emendationem. I. (X.) 631.

Concilium Conſtantienſe, vid. *Conſtantienſe* Conc.

De Concilio Baſileenſi agit paſſim Andreas Ep. Mogorenſis in Gubernaculo Conciliorum. VI. (IV.) 140-333.

De Conciliis IV. Oecumenicis Nicæno, Conſtantinopolitano, Epheſino, Chalcedonenſi, ut & de 32. Synodis, 16 in Occidente & 16 in Oriente intra 60 annos, inde à Conſtantino M. Baptiſato, habitis, idem Magorenſis VI. (IV.) 187-201. 202. 209. &c. de octo Conciliis intra 16 annos habitis 222. ſqq.

De *Concilialiſtis* (i. e. qui urgent Concilia frequentius habenda) quatenus opponuntur Papaliſtis, (qui Conſilia averſantur & impediunt) vid. Andr. Ep. Magorenſis l. c. 217-222.

Concilium Piſanum, vid. Lit. P.

- - Romanum vid. Lit. R. it. *Bubo.*

Concordata.

Sigismundum inter & Hiſpanos pro unione Eccleſiæ, & ceſſione procuranda Benedicti XIII. &c. II. (XVIII.) 541. momenta eorum duodecim vid. *Benedictus.*

Concordata Gallorum, Anglorum & Germanorum, cum Martino V. Papa IV. (XII.) 1512. ſqq. 1545.

Concordata Nat. Germ. c. Nicolao V. Papa. Horum variæ editiones I. (V.) 180.

Concubinæ.

Exactiones an pro iis tolerandæ? Clemangius I. (III.) 23. fin. ſq.

Concubinæ publicæ, Clero permiſſæ, tollendæ. I. (VIII.) 428. Concubinarii corrigendi, alias præſtaret Clericis Conjugium permittere, de quo ut diſponat Concilium, rogat Zabarella I. (IX.) 525.

Concubinarii.

Puniendi. Reformator. Conſt. I. (X.) 635.

In hos Decretal. Reformator. Coll. I. (XII.) 693. abiit in proverbium: Clerici tot nutriunt meretrices, quot alunt familiares. Theobaldus Orat. I. (XIX.) 909.

Salvus *Conductus.*

Regum, Cæſaris & Principum non obſtat, quo minus in hæreticam pravitatem inquiratur. IV. (VIII.) 521. vid. Hus. Sigismundus a ſalvo conductu Cæſareano, Huſſo dato, per Concilium abſolvitur. ibid.

Conſtantiæ urbis gloria ex Concilio, divinitus ibi conſtituto, ex Anonymi Orat. ad Conſtant. Conc. II. (II.) 163. ſq. idque, ringente licet Papa, IV. (I.) 9.

Con-

Digitized by Google

Conſtantia urbs ſaluberrima & amoeniſſima commendatur a Theod. de Niem II. (XV.) 398.

Urbi huic debetur gemina pax, civilis reparata per Fridericum I. Imper. An. 1183. Eccleſiaſtica per Sigismundum Imper. A. 1416. II. (I.) Prol. init. Ejus proſpectus vid. *Imagines*.

Conſtantienſis Synodus, vulgo *Pax*.

Seu ab Henrico III. ſeu a Friderico I. Imperatoribus ſeu ab utroque celebrata fuerit, quod diſquirit Hardtius I. (XV.) Pr. fuere potius Comitia. it. 813. ſqq.

Conſtantienſe Concilium.

Conſtantienſis Conc. Actorum Editiones:

Prima eſt Hieronymi de Croaria, JCti Ingolſtadienſis, prodiit ſuaſore Conr. Summerhardt Prof. Theol. Tubing. & Jac. Lochero Poëta Laur. Hagenoæ 1500. 4to. IV. Prol. 4-10. Eſt vero non niſi Epitome excerpta ex Actis Conſtantienſibus 10, 11. ſq.

Nimirum in Baſileenſi Concilio, juſſu totius Concilii, ex Codice majori Conſtantienſi minor congeſtus fuit, ſubſcriptus ab omnibus & ſingulis Cardinalibus, Epiſcopis &c. An. 1442. Ex hoc autographo prodiit apographum, in ipſo tamen Concilio Baſ. per Mich. Galteri, Notarium Concilii a. 1443. deſcriptum. Hunc Galterianum Codicem MS. denuo deſcripſit an. 1490. Joh. Huober ex Inderdorf, quem nactus Croarius JCtus, prima vice Hagen. 1500. typis excudi hoc compendium curavit. IV. Prol. 11, 12. 12. Applauſus, quo is liber Croarii exceptus & iterum impreſſus eſt, genuit novam Editionem Pariſienſem (per Jean Petit) an. 1506. 12mo. adjecta *Carolina*, ejusque Confirmatione. Senſim deinceps auctior novis excerptis lucem vidit Hagen. 1510. Mediolani 1511. Item in Tomis Conciliorum Colonienſibus, Venetis, Pariſienſibus, & poſtremo Labbeanis, (Tomo XII.) &c. in omnibus quantumvis auctis non niſi Compendium illud. Baſil. apparet; Ergo, cum præſertim Labbeana eſſet manca, mutilata, & corrupta, ex majoribus authenticis MStis primus edidit plena Acta Hardtius. 14 vid. MSta.

Ejus amplitudo, & Scopus triplex, ordinem dans diſponendorum Actorum:

Ex barbaris etiam oris Aſiæ & Africæ, Regum Legati iſthuc advolant. I. Præf. it. Dedicatio ad Leopoldum M. Ejus ſcopus & inſtitutum triplex I.) Eccleſiaſt. ſtatus & diſciplinæ communis emendatio II.) Trium Paparum, Joh. XXIII. Gregorii XII. & Benedicti XIII. remotio & melioris unius Pontificis creatio. III.) Hæreſium & dogmatum relig. intricatorum, quæ Joh. Parvus, Joh. Falckenbergius, Joh. Huſs, Hieronymus Prag. viſionum Brigittæ aſſertores, Flagellantium Secta, Ordinis Teutonici, armis ad fidem infideles converſuri Duces, publice moverant, diſcuſſio & exſtirpatio. I. Prol. 3.

Hinc ejus actorum diſponendorum Ordo: I. quæ *publicis decretis* præluſere, geſta & ſcripta per V. Nationes, vel per certa Collegia, claros viros, Prælatos, Doctores. Tomis I. II. & III.

II. Decreta publica & Seſſionibus Conciliar. tractata ipſa, Tomo IV.

Tum Scopus triplex modo dictus Concilii ordinem dat ſingulis Tomis, ſic Reformatio Cleri Tom. I. Schiſmatis inter tres Anti-Papas

Digitized by Google

abolitio Tom. II. Hæreſeos exſtirpatio Tom. III. Quæ omnia (ſicut deliberative adfuerunt Tomis, tribus prioribus, ita) recurrunt conſtitutive Decretis ipſis Tomo IV. Pompam Concilii exhibet T. V. coll. I. (I.) 154. ſq. 157. Judicia de eo Summ. Virorum T. VI. &c. coll. I. Prol. 18. ſq.

Documenta Actorum hujus Concilii, vid. *Manuſcripta.*

Nihil hoc Concilio Chriſtianus orbis vidit auguſtius ac ſplendidius, nec in ullo difficiliores, moleſtiores, periculoſiores, magisque arduæ Quæſtiones agitatæ. I. (I.) Pr. init.

Eſt Gloria Imperii & Germanorum II. (III.) 166.

Ejusdem *Occaſiones*, deliberationumque ac *concluſionum momenta.*

Ejus *Occaſiones* fuſe deſcribit Hardtius II. Prol. 4. 5. ſq. coll. I. Præf. Cap. 12.

Quaſſaverant nimirum orbem Chriſtianum poſt ann. 1478. XL - L. fere annis duo Pontifices Gregor. XII. Benedictus XIII. & Alexander, altero in alterum fulmina excommunicationis vibrante; Diviſa erat omnis publica res, hoc ajente, ſe eſſe Gregorianum, illo, ſe eſſe Benedictinum, vix remanet umbra veri Chriſtianismi, ſed omnia peſſum eunt. Poſt mille dira certamina, & laborioſiſſimas Regum, Principum, Magnatum conſultationes, doctorumque quorundam & cordatorum ſtudia, has lites ſopiendi, tandem ventum eſt ad Concilium univ. Piſæ congregatum ſub init. Seculi XV. citantur Anti-Papæ, ſollicitantur precibus, minis, ad ceſſionem ſpontaneam, at fruſtra. dejiciuntur tandem Decretis Concilii, at vano eventu. res quippe ruunt in deterius. monſtrum illud biceps fit, poſt electum in Concilio Alexandrum, triceps. maxime cum finito an. 1409. Concilio Piſano, Alexandri defuncti adſeclæ eligerent Johannem XXIII. Concluſum erat Piſæ novum Concilium triennio poſt habendum. Quo elapſo an. 1412. convocat illud, quaſi Piſanis Decretis morem geſturus Johannes Romæ; mox vano prætextu, idem vix incoatum rumpit. vaniores fiunt congreſſus & pacis tractationes trium Anti-Paparum, Eccleſiæ laceratæ clavum mordicus quoque tutante. Donec mira fortuna Sigismundus an. 1410. Imperator electus a Johanne XXIII. conſenſum extorqueret Concilii novi univerſalis Conſtantiæ habendi, Laudæ præſertim, inter Sigismundum & Johannem, colloquio inſtituto.

IV. fere annorum Conſultationes ac Concluſiones Conſtantienſium Patrum ac Procerum, ad unionem Eccleſiæ ſpectantes huc fere redeunt:

De damnis ex diro Pontificum Schismate in Eccleſiam & Remp. redundantibus.

De jure Cæſaris & Principum, turbas has componendi, & ſalutem publicam reſtaurandi.

De variis mediis, lites eas dirimendi, & de autoritate idcirca Concilii univ.

De capite Eccleſiæ primario & eſſentiali, Chriſto, Secundario item & accidentali, S. Pontifice.

An hoc accidentali Eccleſia carere poſſit?

Num plures eſſe poſſint Papæ, an unicus tantum requiratur?

De Pontificum autoritate, divinane an humana?

De jure eos eligendi, penes quos olim fuerit, & qua via tranſierit?

De

Digitized by Google

De lapſibus erroribusque Pontificum, Concilii ope emendandis.
De ceſſione vel remotione Pontificum, an & per quos hoc effici poſſit.
De variis ejus rei caſibus & conditionibus.
De Concilii decretis, eorumque valore.
De ſuffragiorum jure in Concilio.
De Nationum in Concilio diſtinctione, earumque conſultandi ac definiendi jure.
Speciatim, De Sigismundi Cæſaris div. Zelo pro Eccleſia pacanda, proque Concilii integritate ac conſervatione. De ejusdem armis, pro inſidiis Concilio ſtructis, arcendis. - - itinere ejus in Hiſpaniam ac Galliam, pro pacanda Eccleſia.
De Papali gratia Cæſari relata, pro ſumtibus hanc in rem factis.
De Johannis XXIII. callidis conſiliis, Concilii ſcopum eludendi - - ejus ceſſione ſimulata - - fuga e Concilio - - artibus id diſſolvendi - - carcere ejusd. & remotione. De Gregorii XII. conatu, ceſſionem injunctam declinandi. De Benedicti XIII. pertinacia & ceſſionis ſubterfugio. - De ejusd. depoſitione. De novi Pontificiis eligendi in Conc. Conſt. nova methodo. De Martino V. electo. v. II. Prol. 8. ſq. & ſuis quæque Tomis indicanda. Multos Oratores, Cæſari & Concilio ſuadentes omnem ſeveritatem adhibendam in adigendis ad ceſſionem, ſeu vi, ſeu verbis, tribus Papis, & componendis rebus Eccleſ. integer exercitus Cardinalium, Epiſcoporum, Doctorum &c. ſecutus eſt, diu conflictatus: de ceſſione trium Pontificum, verbone an ferro elicienda? De jure ſuffragiorum in Concilio, Eccleſiaſticisne, an omnis ordinis viris competat? De jure & autoritate Nationum in Concilio &c. tandem poſt dimicationes diras IV. menſium, evictum eſt & concluſum; ceſſionem Paparum, ſi ſponte non ceſſerint, vi eſſe eliciendam, jus ſuffragii cunctis deberi ordinibus, autoritate Nationum in conſultando & res Concilii definiendo, ſtabilita II. Prol. 20. fin. ſq.
Ejusd. Conſtantienſis Concilii, frequentia, celebritas hoſpitum ſeu advenarum, membrorum &c. ex Gebh. Dacherii Hiſtoria Magnatum in Conſt. Concilio præſentium, MSt. *(primo anno.)*
Præter Papam Johannem XXIII. qui eo venit cum omni Curia & Prælatis infinitis, non ut judex, ſed judicandus I. (I.) 153.
Patriarchæ & XXIV. Cardinales V. (II.) 11. } cum comitatu coll. inſignibus ipſorum V. init. Tab. XVIII. XIX.
Archi-Epiſcopi, 12. 13. c. comitatu, & inſignibus eorum V. init. Tab. XX.
Epiſcopi cum comitatu, 13. 14-17. Inſignia V. init. Tab. XXI. XXII.
Abbates c. comitatu. 17-21. coll. I. (I.) 154. ſq.
Inſignia V. init. Tab. XXIII.
Curiales Papæ & Doctores. 21-28. cum comitatu.
Prælati, Præpoſiti, & Legati Regum, Principum &c. 28-32.
Imperator & Electores S. R. Imp. Germ. V. init. Tab. I.
Reges, Principes, Duces, Marggrafii &c. cum comitatu, 32. 33.
Eorum Inſignia V. init. Tab. I. III. IV. V. VI.
Comites. 33, 34, 35.
Inſignia V. init. Tab. VII. VIII. IX.
Barones, Equites, Nobiles 35-50.

Inſignia V. init. Tab. X-XV.
Anglorum Magnatum numerus in Concilio V. (III.) 97. vid. Angli.
Civitates, quarum Legati adfuere, earum inſignia V. init. Tab. XVI.
Academiæ, quæ per Legatos comparuerunt, illarum inſignia V. init. Tab. XVII.
Magiſtri ac Commendatores Ordinum, horumque inſignia V. init. Tab. XXIV.
Inſignia V. Nationum: Germanicæ, Italicæ, Anglicæ Gallicæ, Hiſpanicæ V. (II.) 50.
Inſignia & Symbola IV. Paparum, trium remotorum, & quarti Electi in Conc. V. init. Tab. I.
Item præter has Perſonas Illuſtriſſ. ex Antiquiſſ. MSto. Vindebonenſi Elſtraviano. V. (II.) 51.
Numerus perſonarum Concilii, valor rerum &c.
Milites (Nobiles) adfuere in Concilio 24000. & amplius.
Prælati, Sacerdotes & Presbyteri 17000.
Laici advenæ 80000.
Meretrices publicæ & Vagabundæ 1500. de quibus juſſu Electoris Saxoniæ (cujus id tanquam Mareſchalli Imperii officium poſcebat) exploratis conf. omnino V. Prol. 19. fin. 20.
Item conſcripti erant 36000. lecti pro advenis. &c. Item, quidam civis Conſtantienſis vendidit uxorem ſuam Cancellariis Regis pro 500 ducatis, pro quibus emit domum. V. (II.) 52. quanti lepus, gallina &c. emerentur vid. ibid. item, Extranei: Aurifabri 45. Mercatores 330. Inſtitores & ſervi 242. Piſtores, Fabri, Sartores &c. &c. V. (II.) 50. circa fin. NB. Hiſtriones, Puſunatores & horum ſimiles in Concilio, 346. ibid.
Curtiſani Papæ (quos reperit Dacherius in domibus) 1500. V. (II.) 22.
Concilii Conſt. res ſecuritatis, annonæ, leges politicæ & Hoſpitiorum
Res ſecuritatis Concilii a Johanne XXXIII. pro ſe & Curia obtentæ a Cæſare & Conſtant. Magiſtratu, juramentis roboratæ. V. (I.) 1-10. coll. IV. (I.) 11. de legibus Hoſpitii, de Mechanicis (artificibus, opificibus) ad Concilium confluentibus ibid. 21.
Pro ſecuritate contra ſpoliantes ſeu venientes ad Concilium, ſeu recedentes, Conſtitut. publ. IV. (VI.) 450. ſq. Confirmatur Contractus inter Concilium & Conſtantienſes, ratione domorum & victualium pro hoſpitibus. IV. (IX.) 1019. &c.
Ordo ſuffragandi, ſeu admiranda Diſtributio Conciilii in V. Nationes.
V. (III.) tot. 52 -- 102. coll. I. (I.) 155. ſq. in tanta multitudine hominum, quanta in nullo unquam extitit Concilio, diu acriterque diſceptabatur, de ordine ſuffragia colligendi, viritimne an tributim? Viritim olim in Conciliis generalibus proceſſum eſt. V. (III.) 52. fin. ſq. & 80. fin. ſq. hunc modum etiam vehementer urgebat Johannes XXIII. qui idcirco quam plurimos Epiſcopos titulares in Concililio noviter creaverat, V. (III.) 52. ſq. 98. ſperans, via *viritim* ſuffragandi obtenta, ſuorum ſibique faventium Epiſcoporum, aureis telis quos venatus erat, vota, ceterorum Prælatorum numerum facile ſuperatura. Verum pro via *tributim*, ſeu per Nationes, ſuffragandi pugnabat Cæſar & plerique omnes Concilii, Galli, Germani, Angli. Quæ tandem, ringente fruſtra Papa, obtinuit, Deliberativa & Concluſiva

cluſiva via inter IV. primum Nationes. Accedentibus autem deinceps, Benedicto XIII. qui hactenus adhæſerant, Hiſpanis, quinque Nationes extitere. Anglis Galli litem moverunt, de jure peculiaris Nationis tuendo in Concilio, Germanicæ Nationi Anglos accenſendos eſſe pugnantes. Hinc atrox controverſia, indignante Cæſare, coorta. utriusque partis argumenta vid. V. (III.) 53 - 100. Argumenta Anglorum pro via per Nationes ſuffragandi, 99. ſq. Angli antiquitatem gentium ſuarum, amplitudinem Regni &c. urgebant. v. g. in Anglia eſſe (præter Scotiam &c.) 52000. Eccleſias parochiales, inſigniter dotatas, ultra 1000. Epiſcopos &c. 135 Diœceſes &c. 8 regna V. (III.) 89. 90. ſq. 94. 86. Pro Anglis, tanquam peculiari, ſcil. quarta, Natione fertur ſententia. 83. Inter Hiſpanos, ceu quintam Nationem, quoque ſuborta quæſtio, de jure ſuffragiorum inter Navarrenſes & Caſtellanos; deciſa tandem, ut unam omnes abſolverent Nationem Hiſpanicam 53.

Propoſitio in Concilio facta de commoda diviſione orbis Chriſt. ſec. IV. plagas mundi 102. ſq.

Concilii Conſtantienſis.

Seſſionum celebritas, modus & ritus V. (IV.) 103 - 107.

Singularum Nationum ſingulis menſibus electi ſunt Præſides. mox ſingulæ ſeorſim, mox univerſæ ſimul congregatæ; Interfuit hîc ſæpiſſime ipſe Cæſar multis Principibus ſtipatus. modum vota, vel ſingularum, vel omnium Nationum colligendi, indagandi, & ad publicum Conciliarium Seſſionum calculum deducendi, oſtendit paſſim *corpus Decretorum* Tomo IV. Hîc *modus* in variis MStis Actorum Baſileenſis Concilii in Conſtant. Concilii memoriam annotatus legitur hoc tit:

Modus obſervandus in publica Seſſione Conciliorum generalium, practicatus & obſervatus in Concilio gener. Conſtant. V. (IV.) 104.

Ritus, redeunt ad ſequentia:

Miſſa celebratur. preces peraguntur ter, flexis genibus, procumbentibus omnibus Concilii membris; nec ante ſurgitur, quam Diaconus clamârit: *erigite vos.* inter has tergeminas orationes ſolennes, Cantores præcinunt antiphonas, cum reſponſoriis, prælegitur etiam Evangelium, & Litania, in qua ter cantatur: - - *ut hanc S. Synodum - - benedicere, regere - - digneris.* Sequitur quarto, Oratio, & canitur: *Veni S. Spiritus;* Denique præleguntur decreta, in illa Seſſione expedienda. Vota colliguntur per Præſides Nationum &c. voce: *placet.* Tandem omnia per Notarios inſtrumentis conſignantur. V. (IV.) 104 - - 107. coll. IV. (III.) 80. ſq.

Conſt. Concilii Seſſiones ipſæ quotuplices, qui earum Præſides, Scribæ? &c. IV. (I.) 5. 6. vid. *Seſſiones.* Seſſio I. ad d. 16. Nov. ejusque Acta, 15. inde uſque ad D. 2. Mart. 1415. nulla Seſſio publica habetur; arcanæ cauſæ hujus intermiſſionis deteguntur IV. (I.) 27. de Huſſi corio maxime ludit Papa Johannes primis Seſſionibus & Congregationibus, ceterum cauſam unionis & Reformationis frigide tractans. 22 - 27. Seſſio gener. II. ad 2. Mart. 1415 Acta ejus IV. (II.) 46. ſq. Seſſio III - - XII. quibus Papa Johannes ſede dejicitur. IV. (III.) 63 - - 300.

Digitized by Google

reliqua uſque ad XLV. vid. ſub ſuis rerum rubris. Inprimis huç ſpectat maxime memorabilis *Seſſio quarta & quinta*, quibus autoritas Concilii ſupra Papam in perpetuum ſtabilita eſt. IV. (III.) 96. 98. ſq. cum præſertim Martinus V. Papa novus hoc Concilium ejuſque Decreta, Bulla, cujus exordium: *Inter cunctas Paſtoralis curæ &c.* ſolenniter confirmârit. IV. fol. 1518. ſq. coll. VI. Prol. 7. & VI. (II.) 12. 13. 14. NB. Ordo definiendi ac decernendi in Seſſionibus publicis generalibus obſervatus deſcribitur etiam IV. (III.) 80. ſq.

Concilii Conſtantienſis

Actus Panegyrici, Orationibus ſolenn. celebrati.

In exordiis Seſſionum publ. vel aliis diebus ſolennibus, a magnis ac eruditis viris, Regumque ac Principum Legatis, Cardinalibus, & Prælatis ſupremis, it. Doctoribus & Magiſtris ſermones graviſſimi habiti fuere. horum argumentum: Reformationis Eccl. neceſſitas, media, impedimenta &c. vel etiam magnitudo corruptionis publicæ, laudes Cæſaris, Principum, etiam memoriæ Summorum virorum, in Concilio defunctorum: etiam inaugurales &c. per Tomos I - - IV. ſparſæ. magnum earum apparatum ſervat Hardtius in MSS. aliquando edendum. Tomo V. reſervatas. vid. V. (V.) 110. ſq.

- - - *Splendor in Inveſtituris* Principum, Electorum &c. in Comitiis Conſtantienſibus, Diplomatis privilegiorum publicatis, item *pompis* ludorum Equeſtrium, Comœdiarum ſacr. conſecratione roſarum aur. cerearum, &c. proceſſionum publicarum &c. Canoniſatione &c. V. (VI. & VII.) tot. 162 - 180. 181. ſq.

Inveſtitura Ludovici Bav. El. Pal. IV. (X.) 1303.

Inveſtitura ſolenniſſima Friderici I. Electoris Brandenb. V. (VI.) 183. 188. - - Friderici Auſtriaci in publico foro IV. (XII.) 1564.

Inveſtitura Electoris Moguntin. vid. Lit. *M.* - - *Adolphi* Ducis Clivenſis. vid. Lit. *C.* - - Papæ Martini V. Inauguratio ſolennis, vid. *Martinus* V. &c.

Comitia ſubinde in Conc. Conſt. habita Præſide Cæſare, nonnunquam ejus loco, Friderico I. El. Brand. Cauſæ hic actæ & deciſæ non relatæ ſunt in Actis Concilii, tanquam alienæ ab ejus ſcopo, latent in ſcriniis Principum, Civitatum & multorum privatorum. V. (VI.) 161. ſq. conf. *Fridericus* Brand.

Ludi equeſtres V. (VII.) 181. conf. *Ludi.*

Comœdiæ ſacræ 182. conf. *Comœdia.*

Roſæ aureæ, cereæ 182. vid. *Johannes XXIII. Martinus V.* Proceſſiones, vid. lit. P. & V. (VII.) 183.

Canoniſatio, vid. *Brigitta.*

- - - jus, Valor & *autoritas.* Tomis I. II. III. IV. paſſim a multis viris illuſtribus propugnata. vid. VI. totum Tomum, ejusque Prol. & quæ inde excerpſimus ad Tit. *Concilium* circa fin. Baſil. Concilii Patres vel millies cum magnis encomiis ad Decreta Conc. Conſt. inpr. ea, quæ Conciliorum gen. omnium autoritatem ſanciunt, provocant, inque eo omnem ſalutis & emend. regiminis Eccl. S. anchoram ponunt. VI. Pr. 3. fin. ſq. Aeneas Sylvius Comment. de rebus geſtis Baſ. Conc. fuſe diſſerit, de autoritate Concilii ſupra Papam, & inter alia: *Nec ego*, inquit, *minoris autorit. Conſt.*

Digitized by Google

Concilium exiſtimaverim, quam Nicænum, etſi poſtea Papa aliter ſenſerit. vid. reliqua ipſius VI. Prol. 4.

Autoritatem Concilio conciliavit geminum Edictum Sigismundi Cæſ. & Papæ Joh. XXIII. ad totum orbem Chriſt. convocatum, vid. Edictum Cæſaris. VI. (I.) 5. ſqq. Epiſtolæ ejusd. invitatoriæ ad Papam Gregorium XII. ibid. 6. ad Carolum VI. Regem Gall. 7. ſqq. Bulla Johannis Papæ indicens Concilium & convocans totum orbem Chr. 9. 10. vid. anacephalaeoſin hiſtoricam ſcriptorum & actorum pro auctoritate Concilii Conſt. ſtabilienda VI. (II.) 11. 12. ſq. eventu felici, quando Gerſon, Alliacus, Henricus de Haſſia aliique Concilii valorem, jus & autoritatem Decretorum, per ſe, ſine Papa, ſupra & contra Papam ſtrenue vindicarunt, ſcriptis infinitis, quanquam Pariſienſium nimis apertæ propoſitiones & concluſiones (II. (XI.) 263. 275. ſq.) calculum Concilii non plene impetrarunt. confer *Johannes* Patriarcha Antiochenus, cum controverſia Alliaci cum hoc, victrice. & de controverſia Zabarelliana in Concilio acerrime agitata, quando Seſſione IV. verba hic Cardinalis inter prælegendum omiſit, quæ jus Concilii in Papam corrigendum præferrent, Seſſione Vta deinceps ſolenniter reſtituta, vid. Franc. *Zabarella* & VI. (II.) 12. 13. ſq. Gallorum & Italorum litem de ſenſu & valore Seſſionis IV. & V. de autoritate Concilii & Papæ, & utriusque Nationis ſententias recentiores doctiſſime conciliantem Hardtium vid. ib. 12. 13. ſq. Actorum ſeries recte, prout nunc Hardtius edidit ex MStis authenticis inconcuſſæ fidei, inſpecta, finem imponit omni illi liti, quæ ſtatim componi potuiſſet, ſi hanc ſeriem tunc ante oculos habuiſſent Galli Italique doctiſſimi. 12. 13. 14. varietas Codicum MStorum circa hanc Seſſ. IV. unde potuerit oriri? 13. fin. autoritas itidem Concilii feliciter ſtabilita circa jus eligendi novum Papam, nec ſolis illud relictum Cardinalibus, ſed ſimul & Nationum Deputatis vindicatum. ibid. 14.

Inpr. rem acu tetigit Petrus de Alliaco, ſcripto: *de Poteſtate Eccleſiaſtica* d. 1. Oct. 1416. publice in Concilio prælecto, & brevi poſt, cum vix inventa eſſet ars typographica, typis evulgato, quod ex MSS. exhibet Hardtius integrius VI. (II.) 15 - 77. Gerſonis ſimilem Librum de Poteſt. Ecc. itidem ex MSS. VI. (III.) tot. 77. ſqq. Andreæ, Ep. Magorenſis, Hiſpani, ſimilem librum vaſtum ex MS. Helmſtad. exhibet, ſub tit. *Gubernaculum Conciliorum*, VI. (IV.) 140 - 333. vid. *Concilium*, ad fin. rubri. & quæ inde excerpſimus ibid. provocat hic Andreas creberrime ad Concilii Conſt. decreta & autoritatem, tanquam ad ſacram anchoram Concilii Baſileenſis, v. g. 154. ſq. 273. fin. ſq. &c.

Ejusd. Concilii Conſt. *res geſtæ ipſæ*, cum impedimentis, horumque depellendorum remediis &c. A, ex Tomo Maxime Imo. rerum geſtarum ſeriem in ſynopſi vid. I. (X.) 560 - 566. 570. ſq. & I. (I.) 156. ſq.

Inſidiarum Concilio Conſt. poſitarum nullus futurus erat finis, quia Reges & Magnates Galliæ atque Hiſpaniæ a partibus Benedicti abſtrahi nolebant, niſi Sigismundus coram Reges Hiſp. & Gall. adiiſſet,

 ſacro-

Digitized by Google

ſacroque ſuo ore Reges & Magnates in conſenſum Concilii pertraxiſſet. I. (II.) 37.

Ne tot obſtaculis, quæ Johannes XXIII. & Bened. XIII. cum adſeclis movebant, factionibus præſertim, Papæ novi electionem emendationi Roman. curiæ & totius Cleri præponendam, magno clamore agitantibus, a ſaluberrimis Concilii negotiis, fracto animo abſterreri ſe paterentur, Cæſar, Principes, & meliores Patres, tot hortamenta magnorum virorum interceſſere, calcar Sigismundo & optimo cuique additura, inprimis: Theodorici Vrie, Clemangii, Gerſonis &c. I. (II.) 37. ſq. P. de Alliaco I. (VII.) 274. Zabarellæ I. (IX.) 517. ſq. Anonymi I. (XIV.) 802. ſq.

Novum Papam, neminem vero ex tribus Anti-Papis, iterum eligendum diſſuadet Concilio Clemangius, clam favens ſuo Benedicto I. (II.) 42. ſq. vid. *Clemangius.*

Idem Clemangius, (it. Petrus de Alliaco, Dacherius, Vrie, aliique) conſtantiſſime urget: longe præcipuum ſcopum colligendi in Concilio orbis Chriſtiani fuiſſe præſtitutum Sigismundo, mores Eccleſiæ, Cleri præſertim, corruptiſſimos emendare. Verum hanc reformationem Clerus maxime reformidabat ac declinabat, cumque reformatione nihil prius ducere debuiſſent, ad electionem novi Papæ avide properabant, probe gnari, hunc curas Cæſaris & Ordinum emendandi mores facile ſufflaminaturum & eluſurum I. (II.) 44. ſq.

Concilii non præcipuus ſcopus fuit Schismatis compoſitio, ſed morum correctio. 5. 7. hæc præferenda ſtudio Schismatis tollendi 50. ſq. Pax externa non ſpectat ſemper ad ſalutem Eccleſiæ, quin mores Eccleſiæ facile diſſolvit, illa abutentis. Pax conſcientiæ præferenda paci externæ. 56. Schisma Pontificum dat anſam reformationi Eccl. & parit grandium in Eccleſia vitiorum remedia. ibid. & 57. Plerique Prælati ad Concilium venerunt, pacemque Eccleſiæ optant, voluptatis & ambitionis ſtudio. 57. fin. ſq. Hinc Reformatio in Concilio obtineri nequivit, quia temporalem quæſtum iſti cogitant, morum reformationem pro ſumma calamitate ducentes. 58. ſq.

Collegii Reformatorii in Conc. erecti origines & progreſſus ib. 572 - 578. vid. *Reform.* Coll. Nihil in Concilio fuit Conciliariter definitum, quod non ante Nationaliter fuerit concluſum I. (X.) 570.

Stephanus de Praga maxime urſit Oratione ad Concil. de maturanda Eccleſiæ emendatione, nihil prius in Concilio hoc habendum redintegratione collapſæ per neglectum diſciplinæ Eccleſiæ, ordinemque eſſe præpoſterum, ſi prius de diſſidiis illis Paparum, vel de novo eligendo, in Concilio agatur, quam de Salute & emendatione Eccleſiæ. I. (XVI.) 833. ſq. Similes Orationes habuerunt Pileus I. (XV.) Anonymus I. (XIV.) &c.

NB. Supra dictum, Clemangium, Vrie, Gerſonem aliosque, orationum ſuarum hortamentis obſtitiſſe, ne Cæſar, Principes & meliores proceres Concilii Antipaparum, adhuc ope potentium adjutorum reluctantium artibus frangerentur, nec a ſtrenuo reformandi Eccleſiæ ſtatum ſtudio abſtrahi ſe paterentur. Poſtquam autem & Joh. XXIII. & Gregorius XII. & denique menſe Jun. 1417. Benedictus

Digitized by Google

dictus XIII. (vid. I. (XX.) 915.) ſede moti & ad incitas redacti erant, Cæſar & Nationes magno flagrantiſſimoque ardore ferebantur in opus Reformationis tot deliberationibus atque decretis concinnatum & ſtabilitum, nunc tandem conſummandum. Quapropter Menſe Auguſto dicti anni 1714. nominati a Nationibus Deputati pro Reformatione conſummanda. Matureſcentem autem fructum tot laborum Concilii cum perditum irent haut pauci Clerici, crumenæ, gulæ & ventri ſuo ex reformatione metuentes, contra horum tergiverſationes & fraudes novum Oratorum agmen alius poſt alium conſurgebant, Reformationem jam, poſtpoſitis omnibus ceteris rebus, maturandam, ſummopere ſuadentes, tales fuere: Pileus-Archi Ep. Gen. Stephanus & Mauritius de Praga, Petrus de Bruxellis, Theobaldus, Bernh. Baptiſatus, aliique, hortantes, ne cederent Proceres Concilii malis illorum artibus, ſed Reformationis negotium ſine mora exequerentur: conf. I. (XIX.) Pr. Verum cum aliter impediri nequiret, res abit in lites & conflictationes acerbiſſimas. morbum Eccleſiæ nemo, ſanus, inſanus, negat. De Medico diſputatur: Cardinalibus tantum non omnibus, allectis deinceps quoque tribus Nationibus, Ital. Gall. & Hiſpanica, Papam poſcentibus; Sigismundo Imp. cum Germ. & Angl. Nationibus Concilio univerſali hoc reformandi totum ſtatum Eccleſiaſticum jus & officium vindicantibus. Igitur congregatas ſuper conſummanda Reformatione per tres menſes (quam moram merito taxat Theobaldus Orat. modo dicta) nationes adeunt. Cardinales, ſolennem Proteſtationem, d. 9. Sept. 1417. contra Reformationem, Electioni Papæ præmittendam, interponunt, quæ inſerta legitur, ex Schelſtratenio I. (XX.) 916. hinc rixæ, clamores infiniti. valde indignante Cæſare, inprimis cum tres Nationes Cardinalibus accederent. qui ea majoris partis adſtipulatione animoſiores redditi novam longiorem, injuriisque haud vacuam, Proteſtationem, in ſolenni Congregatione totius Concilii interponunt d. 11. Sept. 1717. habetur hæc 917-920. augentur hinc turbæ ingentes, augentur acerbiſſima ſcripta, ultro citroque vibrata. vid. Diſſ. in Cæſarem & Germanos amplam 922-927. Cæſar cum natione Germ. ſolus relictus (Angli enim ad Cardinales tandem defecerant, jubente Rege) Diſſolutioni Concilii metuens, invitiſſimus conſentire in electionem Papæ præmittendam Reformationis executioni cogitur, ſtipulante ſibi tamen Germ. Natione: *adſecurationem & cautionem per decretum irritans, quod poſt electionem Papæ fieret reformatio, ante coronationem Papæ & adminiſtrationem aliquam*; non tamen vel ſic ſatisfactum Germ. Nationi; factæ enim ſunt diverſæ formæ decreti ab ea poſtulati, & tandem eidem objectum: *Papam electum non poſſe ligari*, ex Schelſtrateno, 928. Sic effluebat inter ſpem metumque menſis Septemb. *donec Epiſcopus Victonienſis, Regis Angliæ Patruus, iturus Jeruſalem*, Conſtantia tranſiret. Hôc cum Cardinalibus & Deputatis Nationum, ipſoque Cæſare, tractante, eo conventum eſt, ut daretur per Decretum Concilii cautio quæ-

quædam, de Reformatione per Papam & Concilium exequenda, antequam Concilium diſſolveretur, forma Decreti hujus gemina vid. 929. (it. deſignati ſimul articuli Reformationis ibid.) quo conſignato, at nondum publicato, proceditur ad Electionem Papæ, 9. Nov. 1717 930. ante hanc inſtruendam habuit Jacobus Ep. Laudenſis Orationem: De *idea melioris Summi Pontificis in Conc. Conſt. eligendi* 931.-945

Electo d. 11. Nov. die Martini, Martino V. cognitæ probitatis Cardinali, præ gaudio ipſe Cæſar, velut immemor ſuæ Majeſtatis, irrumpens in Conclave, ex animo gratulatur, eum complexus I. (XXI.) 951.

Cebebritate Electionis finita, poſtridie Regulas Cancellariæ (lapidem, qui tam offenderat totum orbem Chriſtianum) Papa per Johannem Oſtienſem publicat. 952. onerí autem erant in his Regulis, Reſervationes, Exſpectativæ gratiæ, vacantiæ, Confirmationes, Diſpenſationes, annatæ, exemtiones, incorporationes, commendæ, decimæ, indulgentiæ, & ejus farinæ innumera ἑυρήματα nummoſa. 952.

Igitur fruſtra erant ſuſpiria, deſideria, vota, lacrymæ, preces Nationum, anſam quæ dederant tam operoſæ in Concilio perquiſitioni adverſus tanta mala remediorum. adeoque Caput mali, *Simonia*, quod præſciſſum iverant tot illuſtres Viri in Conciliaribus congreſſibus, voce & ſcriptis, reviviſcebat. in fumum ergo abibant laudanda conamina Reformationem urgentium tot procerum v. g. I. (V.) 122. ſq. 126. ſq. I. (VII.) 280.-282. 294. ſq. 301. ſq. I. (VI.) 256. ſq. I. (IX.) 515. ſq. I. (X.) 615. ſq. I. (XII.) tot.

Opponunt ſe his eluſionibus omnibus viribus V. Nationes, maxime Germani, Galli & Angli. Galli quidem ſpe Reformationis ſe fruſtrari indignati, adeunt Cæſarem, enixis precibus (cum Nationis Ital. & Hiſpan. & maxime Cardinalium ardor langueſceret) rogantes, ut novum Papam ad perficiendam tandem ſerio Reformationem, juxta Decretum Concilii, adigeret. Cæſar, memor remiſſi Gallorum, Germanos olim deferentium, animi, conſcientiam eorum vellicat, eosque non ſine digna reprehenſione, quod tempeſtivum Reformationis momentum ſtolide illi neglexerint, dimittit, & ad Papam ablegat excutiendum. I. (XXII.) 996. Germani omnium fortiſſime inſiſtunt, Papam adeunt, eique ſub init. Anni 1418. exhibent Articulos de Reformatione ſtatus Eccleſiaſtici, quos vid. ex MSto authentico Gothano 999. ſq. urgent tot Concluſis Nationalibus, tot Decretis Reformatorii Coll & Conciliar. ſtabilitam Reformationem tandem dextre conficiendam. pertinebant tamen hi Germanorum Articuli ad emendationem NB. ſolius *Regiminis Eccleſiaſtici ſuperioris*, inferioris & membrorum Eccleſiæ reformatione, quod moles rerum poſcebat, ad futurum Concilium dilata. 998. Martinum V. deſideria omnium Nationum, Decretorum Concilii, ſua Cardinalis manu ſubſcriptorum, tenor ac ſeveritas, ſibique innatus candor, non ſinebant toties repetitas preces reſpuere 1015. Expendit ſedulo cum Cardinalibus hoc negotium, Reformationem Eccl. Regiminis

ſupre-

Digitized by Google

ſupremi Curiæque Romanæ delineat, & ad monita a Nationibus danda in Concilio exhibet. intactum autem relinquit Art. VIII. *de officiis Cancellariæ ac Pœnitentiaræ*, tanquam latifundio & promo condo divitiarum ſuarum inde exaggerandarum maxime nociturum. 1016. ſq. Limam deinceps ſubiit hæc Martini Reformatio Nationum; itaque limitata, diminuta, & alicubi ex Nationum votis aucta & illuſtrata, Conſenſu Papæ & Concilii, in publico Conſeſſu Conciliari d 21. Mart. 1418. publicata eſt, tit: Martini V. Reformatio in Capite & Curia Romana. 1020. Verum non prorſus adquieſcebant Nationes huic Martinianæ Reformationis delineationi, ſiquidem longe plura momenta definita erant Decretis, quam ex Martini oblata Reformatione exſpectari poterat. Fatis autem cedendum antiſtitites Nationum intelligebant, & Martino deinceps ac Cardinalium Collegio conſultum videbatur, cum diviſis Nationibus diviſim tranſigere. Quapropter ſeorſim cum ſingulis Nationibus Papa agere cœpit, *diviſis earum votis ac viribus.* 1051. hinc Concordata Martini V. cum ſingulis Nationibus d. 21. Mart. 1418. publicata, Johanne Oſtienſi Ep. Vice-Cancellario, dicis gratia, clamitante: *placere cuilibet Nationi Concordata*, cum indignarentur præſentes Nationes, ſilerent tamen preſſi fatis ſuis. 5052. fin. ſq. contradicente autem Gall. Natione per Regem 1083. apparent Concordata Germanicæ Nat. cum Papa 1055. ſq. Anglicæ Nat. I. (XXV.) 1074. ſqq. Cancellariæque Ro. inſerta ſunt. 1078. acceſſit ad hanc aliquam Reformationem Curiæ Rom. & Regiminis Supremi Eccl. Monachorum Benedictinorum Viſitatio & Reformatio, Provinciali Capitulo facta, & a Concilio confirmata. I. (XXVI.) 1086. ſq.

Res geſtæ Concilii cum impedimentis, remediis &c.

B, Ex Tomo IIdo. ut & ſubinde III. & IV.

Concilii Conſt. Hiſtoricam recapitulationem ab Hardtio contextam vid. I. (X.) Præf. tot. inpr. 560-565. 570. ſq.

Geſta in hoc Concilio percenſentur quoque ab Theodorico Vrie I. (I.) 159. ſq.

Obteſtatio Anonymi ad Concilium Conſtantienſe (ante Seſſiones publicas) de procuranda Unione Eccl. per remotionem trium Pſeudo-Paparum. II. (III.) 163. ſq.

Alius Anonymi Obteſtatio ſuper eodem argumento. ib. (IV.) 166. ſq.

Nihil fere actum eſt in hoc Concilio primis 3. menſibus Novembr. Decembr. & Jan. an. 1714. (cauſæ: prætenſus quorundum morbus, & exſpectatus Adventus Gallorum & Anglorum) præter pauca *præparatoria*. II. (VIII.) 188. de Conſtituendis Procuratoribus, Promotoribus, Conſiliariis & Directoribus rerum agendarum, iisque ex pluribus Nationibus eligendis. De Unione momentum omnium primum. II. (VIII.) 190.

Papam Johannem videri retinendum, excluſis duobus reliquis. Schedula Congregationis Doctorum in Conc. Conſt. ibid.

Piſanum Concilium, tanquam baſin, eſſe ante omnia confirmandum a Concilio Conſtant. inchoato, urgent Itali Schedula; Refutat hoc alia Schedula Petrus de Alliaco, propugnans propriam Concilii

 Conſt.

Conſt. autoritatem, non indigam alienæ. II (VIII.) 192. ſq. Piſanum & Conſt. Concilia cohærere tanquam partes. ib. Eſt utrumque certo modo unum. 201.

Conſtant. Concilium NB. non ſolum a Papa eſt convocatum, ſed & omnino a Cæſare II. (VIII.) 202. cui jus competit illud ciendi & gubernandi. ib. Poſt Adventum Cæſaris & Papæ Joh. XXIII. nunciorumque Gregorii XII. Schedulas exhibent Concilio Petrus de Alliaco, nuncii Gregorii XII. Elector Pal. Dux Bavar. & alii, de blandis mediis unionis, Papas ad ceſſionem invitandi, honeſta illis redicta ſtatus conditione II. (VIII.) 194 - 208. Secuta tandem Philaſterii Card. S. Marci Propoſitio, ſolidiſſimaque Deductio: de compellendis omnibus Papis, ſpeciatim Johanne, ad relinquendum Papatum, quod Cæſari & Nationibus perplacuit ſcriptum, II. (VIII.) 208. ſq. refutatur id a Johannis XXIII. adſeclis, in primis pugnantibus pro Johanne, non compellendo, utpote canonice electo, vi Concilii Piſ. nec æquiparando duobus ceteris Hæreticis. nec valere viam ceſſionis ſalvo Conc. Piſano. II. (VIII.) 214. ſq. Reſpondet ad hæc dubia Petrus de Alliaco: Negantem viam ceſſionis, eſſe Schismaticum, & irritum facere Concilium Piſanum, Johannem XXIII. fieri Schismaticum, ſi ſe opponeret Concilio Univ. quippe quod etiam verum Papam jure compellat ad ceſſionem dignitatis, poſthabendæ ubique ſaluti Eccleſiæ. ibid. 219 - - 223. aliæ aliorum rationes idem confirmantes ibid.

Diſputatur, de jure ſuffragii in Concilio, ſolisne Epiſcopis & Prælatis Majoribus, an ceteris quoque competat? 224. ſq. confirmatur, per Philaſterium, virum egregium, jus voti in Concilio etiam penes Reges, Principes, eorum Legatos, abſentium Procuratores, nec non Theologos & JCtos, Sacerdotes, Diaconos eſſe 226-229. Incidens quæſtio: Votane colligenda per capita, an per Nationes? concluditur, nefas eſſe, per capita, (uti alias fieri ſuevit) quia pauperes Italiæ Prælati plures adſint, quam omnium Nationum, quia Papa Joh. XXIII. ultra 50 fecerit Prælatos Cubicularios, multosque vi aut fraude terreret alliceretque &c. Præferuntur ergo vota per Nationes. 230. Offertur Johanni XXIII. formula Ceſſionis 231. ipſe Johannes offert Nationibus primam Formulam ceſſionis doloſam & ambiguam, 332. ſeqq. reprobatur hæc a Nationibus. ib. ſecunda Formula, itidem ſuſpecta Nationibus. 234. ſq. Formant & offerunt Nationes novam ceſſionis formulam Johanni, quam tandem accipit, & ſolenni ceſſione, publice privatimque, jurato confirmat. 237 - 241.

At ſimulanter: quod facta ſecuta oſtendunt. Conſilio enim dudum concepto, Concilium fuga mox deſerendi & diſſolvendi, (quod probatur II. (X.) 245.) vires addidit, Diplomatibus, cum magno auri pondere, inter Principes diſpertitis. Dat Friderico Duci Auſtriæ Diploma, Capitanei Gener. E. R. cum magna auri ſumma II. (X.) 246. Electori Moguntinenſi (qui eum vinculis poſtea ſubtractum ivit) Johanni Naſſovio, ib. Burckhardo March. Badenſi 248. ſq. cum 16000. aureis. &c. II. (X.) 249. Papa Johannes clam turpi habitu

habitu fugit Schafhuſam, fruſtraneis dehortationibus Cæſaris. Fridericus Auſtrius illum ſequitur, uterque id Cæſari excuſat literis. 250. ſqq. Johannes Concilium everſurus curiales ſuos ad ſe evocat, & Cardinales citat. 253. Cæſar urbem obequitando ægre turbas ſedat, quietem & ſecuritatem omnibus in Concilio pollicendo; mittuntur ad Papam, tertio a fuga ipſius die, Legati, urgentes Procuratorium ceſſionis diu flagitatum. II. (X.) 253. antequam hi abirent. Gerſon, Pariſ. Cancell. Juſſu Cæſaris & Concili Orationem publ. habet, De *Concilii autoritate*, urgens inter alia:

Eccleſia habet ſponſum unicum indefectibilem Chriſtum, cui Chriſtus non poteſt libellum repudii dare; alia vero ratio eſt Vicarii Chriſti, Papæ, & Eccleſiæ, quæ non ejusmodi vinculo matrimoniali iſti ligatur, quin mutuo ſe poſſint abſolvere & dare libellum repudii II. (X.) 265-274. inpr. Concluſiones 12. pag. 272.

Pariſienſium autoritates idem ſtabiliunt. II. (XI.) 274. ſq. manet concilium ſalvum & indiſſolubile, ſine Papa, ad id jure ex fuga revocando & citando. ibid. Bened. Gentianus, Acad. Pariſ. Legatus monitis demonſtrat, fraudibus Johannis XXIII. & Cardinalium 4. menſibus ab initio usque ad fugam Papæ nihil actum, rebus inutilibus tempus protractum, id egiſſe clerum allotriis & ambagibus, ut Concilium tædio laborum, ſumtuum, tricarum diſſolveretur; ſtrenue ergo, ſemoto Papa & Cardinalibus, pergendum & ad rem ipſam deſcendendum. II. (XII.) 280. ſqq. Diſputant Cardinales aliique de Jure Cardinalium negotia Concilii Conſt. tractandi II. (XIII.) 285. ſq. reliqua Acta cum Johanne XXIII. Gregorio XII. & Benedicto XIII. recenſet Theod. de Niem II. (XV.) per tot. a. pag. 336-459. vid. *Johannes. Gregor. Benedictus*, Paparum ſuum quodque rubrum it. *Huſs, Hieronymus* Pr. &c. Sigismundus abit in Hiſpaniam, Galliam, Angliam, unionis papalis, & pacis inter Gallos & Anglos ſtabiliendæ cauſa. vid. *Sigismundus* & conf. Niemium II. (XV.) 395. 415. &c. De variis bellis tempore Concilii, dum Cæſar abeſſet, ſubortis 416. ſqq. Legati Samogitarum (Semgalliæ) recenter converſorum, 60 viri proceri, venerunt ad Concilium, flagitantes novos præcones fidei Cathol. 422. Legatis Sigismundi Conſtantiam venientibus & Hiſpanos pro removendo Bened. XIII. fortiter ſtare nunciantibus, multi in Concilio præ gaudio nimio plorant, omnes *Te Deum*, cantant, campanæ pulſantur, fit ſolennis proceſſio, præ gaudio ſuper unionis ſpe firma flente omni multitudine. 423. ſqq. Concilii Legatio ad Argentinenſes pro liberando captivo Epiſcopo. 426. fin. ſq. nihil efficiunt, & Legati, & El. Moguntinus cum Marchione Badenſi. 428. gaudia modo dicta Concilii ſuper Rege Arrag. cum Sigismundo in Petrum de Luna armato turbantur nunciis de eodem Rege in partes Petri, ope retis aurei tracto, mox autem ſententiam corrigente, hinc Petrus fugit, ceſſionem tamen pertinaciter abnuit. 429. ſq. Gallos adit conciliatum cum Anglis Sigismundus. 434. ſq. Capitula concordata Hiſpanorum cum Cæſare confirmat Concilium 437. ſq. Arragoniæ Rex per Legatum unionis ſtudium

in Concilio confirmat 443. Teſtamentum Regis Arrag. pro unione 447. fuga Ducis Auſtr. Friderici IIda è Concilio. Prædones Concilium infeſtantes ad ſupplicium rapiuntur. II. (XV) 444. ſq. Caſtella eorum capiuntur, & unum præcipuum ſolo æquatur 446. Hieronymus Pragenſis priorem pro Huſſo confeſſionem invicta conſtantia peragit, & crematur Conſtantiæ 454. fin. Acta Sigismundi Cæſaris Hiſpanica vid Tit. Benedictus XIII.

Gerſonis demonſtratio in Concilio: Benedict. XIII. eſſe hæreticum & Papatu movendum II. (XIX.) 566. ſq.

Cardinalium aliorumque Prælatorum Conſultationes de novo Papa eligendo 584. De forma eligendi eundem, calamo Petri de Alliaco delineata, ac poſtea a Concilio probata 586.

Martini V. novi Papæ Literæ gratioſæ Cæſari Sigismundo pro decimis Eccleſiaſticarum opum in Germania accipiendis impertitæ II. (XXI.) 589. ſuper iisdem Literæ executoriæ ad Rigenſem, Patavienſem & Brandenburgenſem Epiſcopos datæ. ib. 592. ſq. Horum Epiſcoporum Joh. Abundi, Rigenſis, Joh. de Waldow Brandenb. & Georgii Comitis de Hohenloh Patav. Martini V. colligendarum decimarum Executorum, Mandatum Decimarum, Clero Germano in Conſt. Concilio promulgatum, (omnia hæc ex MSS. Bibl. Reg. Berol.) II. (XXII.) 594 ſqq.

Dacherius Hiſtor. Conc. Conſt. ex præfatione verba aurea affert Ven Hardtius, quorum ultima hæc ſunt: Præter dejectionem trium Pontificum nefariorum, & electionem novi Papæ, Martini V. *hæc fere negotia confecta ſunt in Concilio - Miſſalia ſacra, Benedictiones Papales, Indulgentiæ, Proceſſiones, Ceremoniæ, pompæ ac Splendoris oſtentationes, Conſecrationes panum, ignis, aquæ, cerearum, unctiones, luſtrationes, Agnus Dei, roſæ, laudes, campanarum tinnitus, & ſimilia. Femina quoque Brigitta inter Sanctas hoc Concilio relata, à Concilio Imperator Pragenſes fruſtra obſedit. Pontifex vero Eugenius Concilium Baſileenſe impedire conatus - - Reformationi ab Cæſare quæſitæ ac exſpectatæ, locus nullus relictus. Qualem Reformationem ad hunc uſque diem* (in Concil. Baſil.) & *Seculares & Eccleſiaſtici fugiunt &c.*

Accedunt ex Tomo III. & IV. huc ſeqq.

De Sigismundi Cæſaris abitu ex Concilio in Hiſpaniam, ad ſubigendum Benedictum XIII. tertium Anti-Papam vid. IV. (VII.) 482. pro eo abſente Concilii Protector eſt Ludovicus Bavarus, El. Palat. IV. (VIII.) 495.

Redit ad Concilium Sigismundus, ſubacto Petro de Luna, meritis in Eccleſiam coruſcus, ſplendideque excipitur IV. (IX.) 1090. vid. *Sigismundus.*

Omnia fere in Concilio placide & magno conſenſu (admirando ſane in tanto hominum confluxu) peracta fuere, præter negotium novi eligendi Papæ, poſt tres depoſitos Papas; Cæſare, Germanis & Anglis acerrime Reformationem Regiminis Eccleſiaſtici electioni præferendam pugnantibus, Cardinalibus plerisque Caput novum ante omnia poſcentibus: Quæ res vehementes turbas concivit, adeo quoque inter ipſas V. Nationes, initio Cæſari contra Clerum adhærentes; ex quo nimirum hic Clerus variis artibus tres Nationes, in ſuam

Digitized by Google

ſuam ut irent ſententiam, adduxerat, maximo Eccleſiæ malo. Sic tandem major pars Concilii pervincebat indignantibus Germanis, & Cæſare, ut Papa novus eligeretur, qui deinceps Reformationis negotium (at vano, quod eventus docuit meliori parti præviſus, conatu) ſuſciperet. vid. de his conflictibus IV. (X.) 1335. 1353. 1354. 1355. ſq. (XI.) 1394. ſqq. 1398. 1414. ſqq. 1418. ſqq. 1426. &c.

Contra Concilium *Conſtantienſe*

Scripſere, ejusque autoritatem vellicarunt: Johannes de Roſellis, Almainus &c. & ſuperiori ſeculo Galli maxime & Itali, non ſine bile, has ob res inter ſe contenderunt VI. Prol. 21. Concilii Conſtantienſis fata breviter recapitulando delineat Hardtius VI. (IV.) 137. ſq.

Jacobus de Miſa: Invectiva in Conſt. Conc. ob Reformationis jactantiam, cum caput & membra, Papæ, depoſiti Cardinales arrogantes, Doctores inflati, ſint putrida &c. III. (XVIII.) 643. ſqq. ſcriptum egregium. Huc etiam quodammodo ſpectant:

Clemangii ſcrupuli de Decretis Concilii Conſtantienſis, quoniam rationes iis decernendi non additæ &c. I. (II.) 69. fin. ſq. Ejusd. Epiſtolæ, nomine Chriſti ad Conc. Conſt. ſcriptæ, ſumma: Quod Concilium promittens reformationem Eccleſiæ, nec tamen reformans Papam & curiam, ſimile ſit fabulæ Æſopicæ, cum parturiunt montes & naſcitur ridiculus mus. I. (III.) Pr. init. é contrario Concil. Conſt. aptius eſſe ad reformationem quam fuit Piſanum, probat Gerſon. I. (V.) 113. ſq.

Conſtantini M.

Donatio jactata. I. (I.) 108. ſq. ejus Formula ib. 109. ſq. hinc ſplendor Pontificum repetitur, cum bonis Feudalibus Epiſcoporum, in abuſum verſis. ib.

Dotatio Conſtantini venenum Eccleſiæ ib. 111, 112.

Conſuetudo.

Statutorum conſuetudine roboratorum in Collegiis Cathedralibus abuſum tollit Reformatorium Conſt. Decr. I. (XII.) 671.

Conſuetudo Eccleſiæ, ſi rationi obſtet, non eſt norma agendi, fuſe id demonſtrat Jacobus de Miſa III. (XVIII.) 608-622. contra Theologos Conſtantienſes. Anonymus contra Jacobellum de conſuetudine & autoritate Eccleſiæ in ritu Sacram. III. (XIX.) 723. ſq.

Felix *Contelorius.*

Ejus Collectione Actorum Concilii Conſt. utitur Labbeus, beneficio Cardinalis Barberini IV. Prol. 13.

Conventicula.

Huſſitarum in Bohemia deſcribuntur III. (XIX.) 681. in his una mulier totum librum Job memoriter ſermone vernaculo recitat ibid.

Converſio.

Gentilium ad Chriſtum non debet eſſe violenta. III. (II.) tot. inpr. 20.

Corruptelæ Eccleſiæ. vid. Lit E.
Simonia, arrogantia,
Avaritia, luxus & faſtus,
Craſſa ruditas & ignorantia,
Ineptiſſimorum promotio,
Supinus ſacrorum neglectus,
Turpis officiorum contemptus.
I. Prol. 20.

Coſſa Balthaſar. vid. Johannes XXIII.

Cracovienſis Acad.

Ejus Epiſtola ad Concilium Conſt. complectens ſeriam adhortat. ad Reformationem Eccl. IV. (IX.) 875. ſqq.

L 2 Petrus

Digitized by Google

Petrus *Cratepolius.*

Erravit in Annalibus Archiepiſcoporum Colon. & Trevir. mortem Ottonis El. Trevir. adſignans an. 1420. cum is demum an. 1423. reformationis negotium ſuſceperit. I. (V.) 240. & Comitiis Mogunt. interfuerit. ib. fin. ſq.

Joh. *Creit* Simoniacus.

Ejus pœna, (tanquam Procuratoris Johannei in artibus Simon.) exemplaris, his artibus fit Comes Palatinus II. (XV.) 455. it. 458. ſq. falſis formulis papalibus, multos incautos ære emungit, prædas cum Balthaſare olim Papa partitur. Concilii ſententia in eum publicatur 458-460.

Crimina publica notoria quomodo punienda? I. (XII.) 739.

Hieron. de *Croaria* JCtus Ingolſt.

Primus typis edit Hagen. 1500. 4to. Epitomen Actorum Concilii Conſtant. per Baſil. Concilium adornatum, & ope Galteri, Huoberique deſcriptum. applauſus, quo beatus eſt ejus liber, peperit multas editiones IV. Prol. 11, 12. ſq. ſuaſores ei fuere ad hanc edit. Summerhart Theol. Prof. Tubing. & Locherus Poeta. ibid. 4-10. Epiſtolæ illorum ad eum, cum ipſius Reſponſione ibid. Compendium hoc Croarii, quod patet ex Collatione cum MS. Wolfenbüttelenſi, inſignibus ſcatet nævis. 15.

Manfredus de la *Cruce.*

Legatus Duc. Mediol. ad Concilium Conſt. Ejus habita in ea Oratio, qua Dux Mediol. ſe Cæſari Vaſallum ſubjicit ex MS. Lipſ. V. (V) 110. ſqq.

Cruce Signati.

De his ad expeditionem marinam limitandis, tollendis circa eos abuſibus, Reformator. Decr. I. (XII.) 670.

Cruciferi Teuton. Ordinis fratres in Pruſſia.

Contra hos Legati Polonici, Pauli Voladomiri querelæ in Conc. Conſt. illos confodere armis hominum conſcientias; cruce, ferro ac cædibus ad crucem Chriſti infideles adigendos putare &c. Ladislai Regis Pol. & Witholdi M. Ducis Lithuan. publ. querela ad Concil. de Cruciferis. III. (II.) 6. ſqq. Eorundem querela ad Cæſarem Rupertum. 8. ſqq.

P. Voladomiri de Cracovia Demonſtratio: Infideles non armis ad Chriſtum eſſe convertendos, nec bona eorum invadenda ib. 9-27.

Cruciferi Pruſſiam occuparunt & muniverunt. ib. 12. Annuæ ipſorum expeditiones, *Reiſæ*, dictæ. ib. fin. ſq. Neophytos Lituanorum in crucem agunt. 13.

Eorundem cauſæ contra Ladislaum Jagellonem Regem Pol. conſtituti in Concilio Commiſſarii IV. (III.) 164. congregati Deputati V. Nationum de quæſtione; (quam negatam, integroque libro deductam, per Legatum Voladimirum nunc exhibent) An infideles ferro ad Chriſtum ſint convertendi, & terris ſuis ſpoliandi? 387. it. denuo 388. Congregatio publ. Concilii de querela Polonorum contra eos. IV. (VIII.) 606.

Crucifratres vid. Flagellantes.

Secta hæc orta 60. annis ante Concil. Conſt. in corruptis Eccleſ. ritibus nullam requiem Conſcientia ipſorum inveniens delabitur ad ſanguinem proprium, exemplo Chriſti, profundendum, magnis viris per totam Europam in illorum caſtra concedentibus. Vrie I. (I.) 86. 126. ſqq. Autores præcipue Conr. Smed, Sangerhuſæ, & Begardus, Erfurti combuſtus, centeni Sangerhuſæ

Digitized by Google

huſæ & per Thuringiam alii. conf. Gobelin. Perſona, Coſmodr. æt. 6. Cap. 93. Vincentius Ferrerius Ord. Prædic. Monachus, Theologus & Orator Hiſpanus, ob devotionem pene adoratus, hujus Sectæ fautor præcipuus, cujus ope Sigism. Cæſ. Hiſpanos a Benedicto XIII. abſtraxerat. hinc blandiſſ. Epiſtola Gerſon eum ab hac Secta abſtractum it. III. (VII.) 95-105. Flagris ſe cædunt in locis ſæpe ſacris, perſonæque inſignes, clerici, laici illuſtres, utriusque ſexus, parentes, liberique, denudant ſe illic juvenes juvenculæque, violata lege verecundiæ, gravitatis virorum, autoritatis parentum - - non curantes ſacramentum pœnitentiæ, flagellationem potiorem habentes confeſſione, immo ipſo martyrio. v. Gerſon de Secta flagell. molliter in viam reducenda III. (VII.) 99. in quibus provinciis deprehendantur hi flagellantes? 100.

Curia Papalis. conf. Papa.

Cum officialibus quomodo reformanda? Reformatorium Conſt. I. (X.) 596-609.

In Curia Rom. olim venalia omnia. in litibus cumulatis ejus felicitatem conſtituere Papæ I. (III.) 13. ſq. Clemang.

Collectores redituum papalium nequiſſimi, pollentes autoritate excommunicandi. Excommunicationes frequentiſſimæ ante Conc. Conſt. leviſſima de cauſa, quibus & mortui plexi. id. 12. 14. Cancellariæ Rom. regulæ ſunt laquei captioſi. ibid. Cardinalium introductio auxit mala Eccl. 15 - - 19. idem Clemangius. Curiæ papali ſe & Eccleſiam totam ita mancipavunt, ut ne parvulam quidem præbendam audeant conferre Principes incauti. 20. ſq. Curiæ Rom. artificium. ib. Biblia ne tegumentotenus Papæ attingunt, cum contrarium jurent. 21.

Curiales Rom. vid. *Paraſitus.*

Juribus Cæſarum & Principum German. detrahunt. I. (V.) 222. fin. ſqq. Doctos Germanos opprimunt. 225. it. Academias ib.

Curtiſani

Papæ in Concilio Conſt. præſentes 1500. V. (II.) 22. vid. *Hiſtriones.*

Curtbeſani Papæ Gregorii XII. II. (II.) 67.

Cyprianus Martyr

Ejus ſententia de Communione ſub utraque vindicatur contra Brodæ cavillationes, per Jacobum de Miſa III. (XVI.) 480. ſq. 500. ſq. 518.

D.

Gebh. (al. Eberh.) *Dacherius*

In Curia Electoris Saxon. Rudolphi, vir in Concilio Conſtant. ſpectabilis, ab Electore ad hoc admotus officium, quo Saxoni Mareſchallo competebat, ut exploraret, qui in Concilio hoſpites? &c. ubi eo fuit penetrandum, ut & meretricum Conſtantiæ in Concilio exiſtentium numerum explorare, etſi invitus, aliquando cogeretur. invenit - - bey 700 gemeiner Frauen - - in einem Hauſe etwan, hier drüber, da drunter, ohne die in den Ställen lagen, und in den Badſtuben - - da wolt ich ihrer (pergit Dacherius) nicht mehr ſuchen. Da wir die Zahl für den Churfürſten brachten, ſprach er: wir ſolten ihm die heimlichen Frauen auch erfahren. Da antwortete ich ihm, daß Sr. Gnaden das thäten, ich wäre es nicht mächtig zu thun, ich würde vielleicht um die Sache ertödtet, und möchte auch finden,

finden, des ich nicht gerne hätte. Da ſprach mein Herr, ich hätte Recht ꝛc. Ejusd: Ordentliche Pracht des Coſtnitzer *Concilii*, melius ſcripta Hiſtoria, quam Reichenthaliana. Ejusdem Hiſtoria Magnatum in Conc. Conſt. it. Hiſtoria Concilii ipſius, in MSto latet Vindebonæ &c. nondum lucem vidit. paſſim in his Voll. citatur Hardtio. vid. V. Prol. 19. fin. ſq. V. (II.) 11. coll. II. (II.) Prol. R. 3.

Decimæ

A Papa non imponendæ, ſine conſenſu Concilii gener. I. (X.) 620.

De his contra Wiclefum agit Concilium Conſt. per Theologos ſuos III. (XIII.) 254. ſq. contra Jacobum de Miſa 346. ſq..

Item De *Decimis*, primitiis &c. vid. I. (XII.) 703.

Decimæ Germaniæ annuæ impertiuntur Sigismundo Cæſari pro impenſis in Concilium a Papa Martino V. II. (XXI.) 590.

Ejusd. Literæ executoriæ ſuper hac re datæ ad Rigenſem, Patavienſem & Brandenb. Epiſcopos, ex MSS. Reg. Berolin. 592. ſq. Dominici Germiniani Apologia pro Clero Germano II. (XXIII.) 607.

Decretales & Clementinæ

Has impugnat Gerſon, tanquam fontem multorum malorum, quibus Papæ jura Imperio ſubtraxere I. (V.) 77. ſq.

Decretales

Juris Can. quinque. ad horum imitationem Reformatorium Conſt. ſua Aviſamenta, ſeu Decretales de Reform. ſtatus Eccleſiaſtici concinnavit V. Libris I. (XII.) Pr. 667.

Diabolus.

Deus debet obedire Diabolo, theſis imputata Wiclefo III. (XII.) 173. fin. ſq.

Nicol. de *Dinkelſpubel*

Orat. parænet. ad Sigismundum in Concilio Conſt. de Jure & autorit. Cæſaris in rebus Eccleſiæ componendis. II. Prol. 20. II. (VI.) 182. ſqq.

Diſpenſationes

Papales, horum abuſus, circa incompatibilia, pluralit. beneficiorum &c. I. (X.) 615. ſq. - - ad ordines - - ætates Epiſcoporum, Abbatum &c. 618. ſq.

Doctores. Bullati

A Papa creati, olim multi in contemptum eruditionis, habentor pro nullis. Reformatorium Coll. I. (X.) 606. ſq.

Doctores vid. *Literati*

Per placebo Domino, quinam? I. (V.) 213.

Doctorum in antiquis juribus non fit mentio, quod tunc non exiſterent. eorum autoritas ſuffragii in Conciliis ferendi, allegati primum in Concilio Piſano an. 1409. & Romano 1412. II. (VIII.) 226. in illo Doctores & Licentiati habuere jus ſuffragii, Ergo etiam in Conſtantienſi, quod deducit Petrus de Alliaco & Philaſterius, Cardinales 226 - 229. ſq.

Doctores, Magiſtri

Ne onerentur in principio Canonicatus ſui. Reformator. Decret. I. (XII.) 672.

Documenta Hiſtorica horum

Actorum Conc. Conſt. vid. Manuſcripta.

Joh. *Dominici* vid. Clemangius.

Joh. *Dorre*

JCtus, in Conc. Conſt. præſens. laudatur ejus argumentum Actorum Cocilii Conſt. IV. Pr. 14. fin.

Dyſſe Gualtherus

Anglus, aſſecla curiæ Rom. ſcripſit contra Wiclefitas, nec tamen cauſas corruptionis Eccleſiaſt. diſſimulavit

Digitized by Google

mulavit, libro de *Schiſmate Eccleſiæ.* epicriſis in autorem hujus ſcripti, Hardtii. I. (IX.) 499. ſq.

E.

Eccleſia

Significatus hujus vocis eruit Jacobus de Miſa contra Theologos Conſtantienſes III. (XVIII.) 609. med. ſq. 615. fin. ſq. vid. *Clerus, Papa, Concilium, Beneficia.*

Eccleſiæ

Status primævus ſerenior carmine recultus à Theod. Vrie. I. (I.) 10.

Sui ſtatus everſionem Eccleſia deplorat carmine ejusd. ibid. 10. 11. 14. ſqq.

Status primæus alio carmine ejusd. depingitur, ad ideam Cantici Canticorum. ib. 12. ſq.

Eccleſiæ querela ad Chriſtum, de dilato tam diu auxilio in tam longis malis. ibid. 13. ſq.

Idem Vrie ſtatum ſuum utrumque, purum virgineum, & defœdatum, deplorantem Eccleſiam figura Caini & Abelis ſiſtit I. (I.) 16. ſqq. Idem adjecta figura Synagogæ Jud. fuſius perſequitur I (I.) 26. 27. ſq.

Eccеſiæ ſolatium: NB. Sine exiſtente Papa, Eccleſia manet vera Eccleſia, corpus & ſponſa Chriſti, quo ſolo Capite adquieſcit, viſibili quippe capite facile caritura. I. (I.) 30. ſq. Unum habet ſponſum, Chriſtum, cui ſoli nuplit, non Papæ, qui poteſt abeſſe, aut removeri. ibid. 33. ſq. ubi Chriſtum ita infert alloquentem Eccleſiam: - - *certiſſime ſcias: univerſitatem ſanctorum fidelium, & juſtorum virorum atque fœminarum ſancte viventium, veriſſime eſſe ſponſam meam; dato quod nullus ſit vicarius meus in his terris &c.* item metro I. (I.) 88.

Eccleſiæ malorum publicorum, præter publicam Cleri impietatem, fons eſt: plebis Romanæ electionem Papæ ſibi arrogantis, Italum aut Romanum (excluſis aliis,) poſcentis, furor & tumultus: Demagogorum, plebi ſuccenturiantium, fraudes &c. I. (I.) 37. ſq.

Eccleſiæ metus de irrito reformationis in Concilio Conſt. ſucceſſu, metro ib. 732. idem Proſa 133.

- - confirmatio per Chriſtum, Reformationem in Conc. Conſt. ſpondentem, metro. ib. 150. & proſa 151. ſq.

In Sigismundum varia Carmina Eccleſiæ per eundem I. (I.) 218-221.

Eccleſiæ malorum, Concilium Conſt. antegreſſorum, initium an. 1378. cum Urbano VI. Papæ nequiſſimo, cogerentur Galli meliorem Pontificem electum (Avinioni reſidentem) opponere, Clementem ſcilicet VII. Clemangius I. (II.) 1. ſq.

Eccleſiæ militantis autoritas non eſt ita extollenda, ut ei tribuantur jura, tituli Eccl. triumphantis, ut ſit infallibilis, aut impeccabilis, fallit enim, aut fallitur - - - in his, quæ ſunt facti, morum, judiciorum &c. Ergo in his canonic. Scripturarum firmitas major arceſſenda idem I. (II.) 45.

In prima *Eccleſia* blandior fuit cum adverſariis tractatio, Henr. de Langenſtein De Reformat. Eccl. II. (I.) 1.

Eccleſia univerſalis non poteſt errare, utique poteſt Papa. idem II. (I.) 29. ſq.

- - habet jus elegendi ſummum Epiſcopum & de electo judicandi id. ibid. 33. ſq

- - habet jus, in Cardinales privandos eligendi Papam poteſtate ib. 34.

Digitized by Google

Eccleſiaſtica unitas ſpectat ad unum Caput primarium, Chriſtum, & ſecundarium, Papam. II. (X.) 271.

Eccleſia *habet poteſtatem ſeu facultatem ex vivifico germine ſibi inſito per Spiritum Chriſti, quo ſe ipſam poteſt continuare in integritate & unitate membrorum ſuorum, tam formalium, quam materialium*, ſunt verba Gerſonis II. (X.) 271. fin. ſq. inde probaturi: Eccleſiam repræſentativam i. e. Concilium Conſt. ſine Papa (qui tunc, cum Gerſon hanc Orat. haberet, ex Concilio aufugerat) poſſe ſubſiſtere, ſe ſuſtentare, perficere, reformare &c.

Eccleſia ligata quidem eſt Sponſo ſuo unico, Chriſto, vinculo ità æterno, ut ne Chriſtus quidem huic ſponſæ poſſit repudii libellum dare, ſed non æque Vicario Chriſti Papæ Eccleſia eſt alligata, quin mutuo ſe poſſint abſolvere, & dare libellum repudii. ib. 272. Orat. Gerſ. ad Conc. Conſt.

Eccleſia poteſt congregare Concilium generale & ſpeciale ſine Conſenſu vel mandato Papæ, etiam rite electi & viventis, in multis Caſibus, quos recenſet Gerſon ib. ſq. v. g. ſi Papa renuat contumaciter convocare Eccleſiam: Tenetur enim ipſe Papa audire Eccleſiam &c. Ib. Gerſon 272. ſq.

Eccleſia (ſeu Concilium univ.) eſt magis neceſſaria, melior, dignior, honorabilior, potentior, (contra portas inferorum) conſtantior in fide, ſapientior, ſuperior, Papa: per præcedentia; & quia hic accipit poteſtatem ab Eccleſia miniſterialiter, etſi illa poteſtas, virtualiter in Eccleſia reſidens, eſt, ſicut omnis alia poteſtas, à Deo principaliter. II. (X.) 276. ſq. habet claves regni cœlorum a Chriſto, quod probat S. Augnſtinus. Petrus enim Joh. Cap. XVI. ſignificat univ. Eccleſiam, quæ claves habet a Chriſto, Papa ab Eccleſia. Hæc poteſt judicare Papam & deponere. 277. Poteſtas Papæ eſt poteſtas Eccleſiæ, qua rite utatur. 278. fin. Hæc omnia à pag. 272 - - 278. Pariſienſes. Eadem, quæ hactenus de Eccleſia recenſita ſunt, demonſtrat quoque Gerſon, Demonſtratione publice in Concilio Conſt facta, Petrum de Luna eſſe hæreticum & Papatu exuendum II. (XIX.) 566. ſq.

Eccleſiæ filius eſt etiam Papa, quantumvis legitime electus, quia habemus omnes æque unam Eccleſiam matrem, unde omnes, Papa, & vilis quisque laicus, fratres ſunt, orantes, *Pater noſter, &c.* ib. 570.

Eccleſiæ Unitas. Unio triplex: Imperioſa, jocundoſa, virtuoſa. ita Gerſon I. (V.) 69.

Eccleſiæ Univerſalis caput eſt ſolus Chriſtus, non Papa, qui ejus eſt membrum, ſicut omnes Clerici, Principes & plebeii. aliud eſt Eccleſia Catholica, aliud Romana. Hæc etiam dici poteſt Apoſtolica, ſeu Univerſalis, id. ibid. 70. 71. ſeq.

Hujus conſervandæ in unione cura incumbit omnibus ex æquo fidelibus, Principibus, Clericis, ruſticis &c. 71. ſq.

Eccleſiam Univerſalem refert Concilium univ. 85. ſq.

Eccleſia primitiva: ad ejus ſtatum clerum volebat reduci Jacobus de Miſa, contra pugnabant Theologi ex Concilio Conſt. III. (XIV.) 352 - 355. Eccleſiæ primitivæ conſuetudo communionis ſub utraque, III. (XVI.) 502. idem III. (XIX.) 693. 713. ſq. 716. fin. ſq.

Eccleſiæ (vid. *Simonia.*)
Corruptio.

Infanda ſtatus eccleſ. corruptio tempore Schismatis Papalis II. (I.) 2. ſq. (conquerente Henr. de Haſſia) non tollenda, niſi Concilio univerſali II. (I.) 6. ſq. precibus & pœnitentia ib. Saluberrimæ Patrum primorum conſtitutiones illo ævo prorſus exularunt. id. ibid. 49. ſq.

Regiminis Eccl. ſui ævi corruptiſſimi faciem deplorat id. II. (I.) 53. ſq. 56. ſq.

Graphice Papæ Johannis & Cardinalium fraudes & horrenda crimina deſcribit Bened. Gentianus JCtus, Legatus Acad. Pariſ. in monitis ad Conc. Conſt. continuandum II. (XI.) 282. ſq.

Eccleſiæ ſtatum corruptiſſimum, & modum emendandi, oſtendit, ſiquis alius, Clemangius I. (II.) tot. it. Libro de Ruina Eccleſiæ I. (II.) tot.

Eccleſiæ primævæ, & hujus Antiſtitum antiqua pietas,& virtutum præſtantia allexit totum orbem ad cœnobia, Capitula fundanda & locupletanda. Verum ex hac rerum temporalium affluentia luxus & inſolentia cum ceteris vitiis invehitur. idem Clemang. I. (III.) 3. 5. ſqq. Eidem corrupta Eccleſia, inpr. Romana eſt meretrix, ſedens ſuper aquis multis, juxta Apoc. XVII. ib. 44. eſt filia Babylonis 46. ruinæ proxima 45. ſq. conf. Gerſon de Reform. Eccl. in Concil. univ. I. (V.) 68. ſq.

Nidero & Kaiſersbergio, Viris Cel. morbus Eccleſiæ ob Cleri pravitatem videtur inſanabilis. vid. eorum verba peregregia I. (V.) 167-170. it. Petr. de Alliaco I. (VII.) 277. ſq. Wimphelingium I. (V.) 238. ſq.

Status corruptiſſimi brevis & viva idea in MS. Cœnobii Reichenau. I. Prol. 13. 20.

Aviſamenta Conſtantienſia. I. Prol. 32. ſq. item

Petrus de Alliaco I. (VII.) 277. ſqq. corruptior longe Eccleſia, ſuo ævo, quam Bernhardi, cujus tamen querelæ erant acerbæ I. (VIII.) 409. ſq.

Eadem corruptio graphice depingitur in Anonymi Epiſtola ad Sigismundum Imp. de emendandis Eccleſiaſticorum moribus I. (XIV.) tot. huc ſpectant Stephani & Mauritii de Praga Orationes, item Pilei Archiep. & Petri de Bruxellis ſermones I. (XIV - - XVII.) it. Bernh. Baptiſati & Theobaldi orationes. I. (XVIII.) I. (XIX.) omnes ſimilis argumenti. Eccleſiæ corruptionem ſolide demonſtrat Ullerſtonus, Petitionibus Reform. Eccl. militantis I. (XXVII.) tot.

Eccleſiæ Reformatio vid. lit. *R.*
Reformatio, Reformatorium Collegium.

Ejus neceſſitas in Capite & membris. Petrus de Alliaco ad Conc. Conſtant. jam congregatum. Liber ex MS. primum erutus & evulgatus per Hardtium I. (VII.) 274. ſq. it. de eadam Zabarella Card. I. (IX.) 517. ſq. quia ſcilicet longis Collegii Reformatorii, in Concilio conſtituti, Tractatibus de modo futuræ Reformationis mora longa effectum diſtulit, ſpes ejus procurandæ tandem frangebatur, vel minuebatur. I. Prol. 29. Hinc querelæ Epiſtolis, Orationibus ad Imperatorem ſcriptis, vel in toto Concilio habitis, de dilata nimis diu Reformatione, acerbiſſimæ effuſæ. exhibentur illæ I. (XIV. - - XIX.) in his, præter ceteros, Anonymi: De Emendatione ſtatus & morum Eccleſiaſticorum Epiſtola ad Sigismundum Imperat.

Digitized by Google

rat. I. (XIV.) tot. 802 - 806. Pilei Archiepiſcopi Gen. Paræneſis ad Sigismundum Imper. de Reform. Eccl. in Concilio Conſtant. I. (XV.) tot. 812. ſq. Stephani de Praga Oratio in eod. de maturanda reformatione Eccleſiæ I. (XVI.) tot. 819. ſq. Mauritii de Praga Oratio de maturanda Eccleſiaſt. Status emendatione. I. (XVII.) tot. Petri de Bruxellis Orat. de Cleri corrupti periculis ib. 855. ſq. Bernhardi Baptiſati Invectiva in corruptum Clerum per Conc. Conſt. emendandum. I. (XVIII.) tot. Theobaldi Oratoris Conſtantienſis, publ. Conqueſtio de nimis diu dilata in Conſt. Concilio Cleri Reformatione I. (XIX.) tot. 898. ſq. NB. hic Theobaldus omnium graviſſime, rem acu tangens, Reformaturos monet ac obteſtatur 904. ut ſe ipſos prius reforment, àque propria emendatione incipiant, utpote ipſi omnes corruptiſſimi. 903. ſq. Tres anni Concilii conſumti ſunt his de Reform. conſultationibus. Tandem fine anni 1417. Certamina Nationum, Cæſaris & Cardinalium, ſuper Medico, Eccleſiæ morbum ſanaturo, Papane eligendo, an Concilio? ſuper tempore, num præmittenda Electioni Papæ novi, Reformatio, (ſaltem Capitis) an poſtponenda? &c. vid. *Conſt.* Conc. it. I. (XX.) 916 - 20. extorta ſunt acerrima. præfertur electio Papæ; indignante Cæſare & Natione Germanica, quæ tamen Decretum à Concilio extorquet, adſecurationis & cautionis, de Reformatione per Novum Papam exequenda, antequam diſſolveret Concil. 930. Curæ quod palliativæ inſerviebat. Oratio Ep. Laudenſis Jacobi: de Idea melioris eligendi Pontificis ad Concilium habita, ſub negotium electionis. 931 - 945. Electo Papa Martino V. negotium Reformationis ſomnolentius actum, augure haud vano Sigismundo Imp. Germani quidem Aviſamenta, ſeu XVIII. Articulos Reformationis, Concilio decretæ, Martino V. exhibent exequenda. 997 - 999. ſq. pertinebant vero NB. hi XVIII. Articuli non niſi ad emendationem Capitis, ſeu ſupremi Regiminis Eccleſiaſtici, membrorum Eccleſiæ Reformatione, quod nimis vaſtæ molis eſſet, ad ſequens Concilium dilata 998. Turbavit tamen hanc ſpem emendationis, ac pene eliſit, publicatio Regularum Cancellariæ Rom. a Martino V. poſtridie Electionis facta, junctas illa abominandis Regulis Cancellar. Johannis XXIII. quæ exſtant 952 - 992. Ne tamen Martinus V. Nationum omnium deſideria, Germanorum præſertim, improbas expoſtulationes, precesque, retunderet prorſus ac eluderet, publicavit *Reformationem* (qualemcunque) in Capite & Curia Rom. Nationibus deſideratam. I. (XXIII.) 1015. Prol. 30. Quocirca, cum a Nationibus, non ſine dimicationibus ingentibus, multa monerentur, & efficacior dexteriorque Reformatio urgeretur, maxime circa Reſervationes Papales, circa Articulos de officiis Cancellariæ & Pœnitentiariæ, de cauſis, ob quas & quomodo Papa poſſit deponi? ad hos Articulos Papa vel reſponſionem tergiverſabatur, vel Nationibus non ſatisfaciebat; Natio Germanica, ne omnino nulla ſtabilita Reformatione, Papa (quod facturus apparebat) diſcederet, Concilio diſſoluto: pallativà curà tam putri-

di capitis, tamque corruptæ curiæ Rom. contenta, iniit cum Martino V. *Concordata, quoad Regiminis Eccleſiaſt. Reformationem* I. (XXIV.) tot. 1050. ſq. quibus acceſſere *Angl. Nationis Concordata* I. (XXV.) 1072. ſq. Prol. 30. vid. Capita Reformationis I. (XXII.) 998. & conf. Statuta Reformatorii Coll. I. (X.) 594. Canones Reformationis Petri de Alliaco. I. (VIII.) 414. Zabarellæ Capita Reformationis. I. (IX.) 515. Gerſonis ſumma Capita Reformationis in Concilio Conſtantienſi ſuſcipiendæ I. (V.) 141. ſq.

Sic Papa abrumpit Concilium, 22. Apr. 1718., ad ſecuturum poſt quinquennium Concilium Papiæ convocandum, pleniorem Reformationis Tractationem rejiciens.

Gobelini Perſonæ ſuper his fruſtrandi ſpem genuinæ Reformationis artibus Papæ ſuſpiria I. Prol. 30. ſq. Omnia vero, uti ſæpe dictum, hæc conamina tangebant ſolius Capitis & ſupremi Regiminis ſacri formam emendandam, ad immenſam enim inferioris ſtatus Eccl. reformationem adſpirare non licuit, in tam veſto depravationum labyrintho.

De quorundam tamen Monachal. Ordinum reformatione actum, inpr. Benedictinorum, hinc per aliquot annos ventilata Benedictinorum Reformatio Conſtantienſis, & tandem excuſſa eſt I. (XXVI. I. Prol. 31.

Subjicitur *Ullerſtoni* Angli præclarum monumentum, ſexennio ante Concil. Conſt. exaratum; *Petitiones quoad Reformationem Eccleſiæ militantis.* I. (XXVII.) tot. 1126. Eccleſia metuit, ſucceſſum reformat. in Concilio fore irritum I. (I.) 132. ſq. Theod. Vrie metro & proſa.

Meliora ſperat in Concilio Conſt. ib. 150. 151. ſq. at vano eventu.

Tenentur Reges & Principes ad procurandam ope Concilii reformationem Eccleſiæ II. (I.) 12. ſeqq. Henr. de Haſſia: item Prælati Eccl. ib. 14. & Papæ ib. 18. ſq. quod Exemplis majorum declaratur, ibid.

Synodorum Provincialium ſumma neceſſitas pro emendanda Eccleſia ibid. 58.

Joh. Gerſon, Libro: de modo reformandi Eccleſiam in Concilio Univ. I. (V.) tot. inpr. 89. ſq. procuranda reformatio per Imperatorem & Principes. 115. ſq.

Eccleſiæ dos

Imperator & Seculares ſeducti ſunt a diabolo, ut Eccleſiam dotarent bonis temporalibus, theſis imputata Wicleſo III. (XII.) 206. item ſimilis Theſis de Conſtantino M. & Sylveſtro Papa dotantibus Eccleſiam 198. III. (XIII.) 316. ſq.

Eccleſiæ jus circa ritus, traditiones, vid. *ritus, traditio.*

Eccleſiæ non eſt jus, mutandi primævas conſtitutiones ſacras. III. (XVI.) 543. ſq. Jac. de Miſa contra Brodam. it. 570. ſq. it. III. (XIX.) 663.

Eccleſiæ Miniſtri.

Eorum jus in bonis Eccl. Alliac. de Eccl. VI. (II.) 43. ſq.

Eccleſia Græca vid. Lit. *G.*

Eccleſiaſtica Poteſtas

De hac Libri Gerſonis & Alliacenſ VI. (II.) 15. ſq. 78. ſq. origines

nes primæ hujus poteſtatis 15-18. & 27.

Hæc juxta Petr. Alliacenum eſt, vel jurisdictionis, vel ordinis Sacramentalis: illam habet ſolus Papa, tanquam ſucceſſor Petri; hæc eſt communis omnibus Apoſtolis, Epiſcopis, & Sacerdotibus VI. (II.) 58. Gerſon, (III.) 79. 81. ſententia media eſt tenenda inter Waldenſium, Huſſi &c. & Herodianorum errores, illis nimis Papæ poteſtati derogantibus, his mere temporalem jurisdictionem Papæ fingentibus. VI. (II.) 16. ſq. Eodem tempore & in eodem Concilio, iisdemque gravibus de cauſis ſcripſere, & Alliacus, & Joh. Gerſon: *de Poteſtate Eccleſiaſtica*, probaturus uterque, jus eſſe Concilio in Papam judicandum, deponendum, novumque eligendum. Gerſonis liber ex MSS. integrius exhibetur ab Hardtio VI. (III.) tot. 78. ſq. de Poteſtate ordinis gemina 81. fin. 83 - 86. de poteſtate jurisdictionis gemina, in foro externo, & interno, conſcientiæ 82. fin. ſq. 87. ſq. jus infligendi pœnas corporales non competit Eccleſiaſticis, niſi indultu Principum. VI. (III.) 90. Eſt porro hæc poteſtas Eccl. vel *immutabilis*, ſcil. in ipſa Eccleſia, vel *mutabilis*, in hoc vel illo viro, ipſo etiam Papa, hinc Papa poteſt deponi vel ex culpa ſua, vel, certis de cauſis, ſine culpa ſua. Gerſon. ibid. 95. ſq. 101. ſq. qua ratione plenitudo poteſtatis ſit in Eccleſia vel Generali Concilio? 112. ſq. idem argumentum, cum cognatis, pleniſſime perſecutus eſt in Concilio Baſileenſi Andreas Ep. Magorenſis, Hiſpanus, in vaſto libro, h. t. *Gubernaculum Conciliorum*, qui exhibetur VI. (IV.) 104 - 333. inpr. 261. 262. ſq. 273-275. &c. 299 - 304 - 333.

De Eccleſiaſtica Jurisdictione Petrus de Alliaco VI. (II.) 31. ſq. 27. ſq.

Bona *Eccleſiaſtica.*

Horum Papa, Epiſcopi, & ceteri Clerici non ſunt domini, ſed diſpenſatores, Petr. de Alliaco de Poteſt. Eccl. VI. (II.) 43. ſq.

Electio

Prælatorum reformatur à Reformat. Decr. I. (XII.) 672-674.

Nicol. *Elſtrau*

Laudatur IV. Prol. 15. ejus Codices MSS. Actorum Concilii Conſtant. (in quo præſens fuit, Conſiliarius Auſtriacus) Vindebona accepit Hardtius ib.

Epiſcopi vid. *Cardinalis.*

Sunt loco Apoſtolorum, majores jure ac dignitate quam Cardinales, quod probat Gerſon I. (V.) 103. ſq. it. 156. post Imperatorem, eorum est jus convocandi Concilium I. (V.) 103. Cardinales ſunt, non niſi conſiliarii Papæ, ſed Epiſcopi ejus Coadjutores, habentes potestatem immediate a Deo, adeoque ſunt digniores illis 156. licet ſpreti a Cardinalibus ib.

Epiſcopi Germaniæ jure gaudent præcipuo & ſingulari præ ceteris omnibus. I. (I.) 114. ſq.

Epiſcoporum Germaniæ & Italiæ differentia. ib. illis competit ferrum, hi ferro carent. ib. 119.

Epiſcopi & Diaconi ſunt ejusdem Ordinis, differunt tantum dignitate. II. (VIII.) 228. Papa est Sacerdos, etſi ſummus ib.

Germaniæ Prælatorum indebitæ electioni præcavendæ Aviſamentum per M. Job. I. (XI.) 657. Epiſcopi officium & status antiquus ante Conc. Const. Epiſcopi Titulares 658. ſq. Epiſcopos & Abbates non eligendos eſſe, niſi eruditos,

Digitized by Google

ditos, Doctores, Magiſtros, Baccalaureos. 661. Comites, Barones etiam eligibiles quidem ſunt, non Graduai, attamen literati. 661.

Epiſcopatus vid *Simonia Joh. XXIII.*

Titulares, aliasque dignitates in Provinciis transmarinis, chimæricis, venditorique ac emptoribus Prælatis incognitas, magno ære vendit Balthaſir, tunc Cubicularius Papæ Bonfacii, poſtea Papa Johannes XXIII. inde valde locupletatus. II. (XV.) 341.

Epiſtolæ vid. *Pariſienſes*, *Poggius.*

Eruditio vid. *Literæ, Studia.*

Ejus permagna fuit ratio habita in Conc. Conſtant. literarum ſtudia ab omnibus requiſita, ad munus Eccl. admovendis. I. (X.) Pr. 558. conf. omnino Reformatorium Conſt. I. (X.) 637 - 640. id. 659. Eruditorum præmia 660. ſq. ſtudiorum Acad. privilegia, idem Coll. Decretal. I. (XII.) 670. 671. ſq. vid. *Academia.*

Eugenius Papa (Gabriel de Condulmario)

In Concilio Baſileenſi electus, poſtea Concilium in Italiam avocare conatus &c. VI. Prol. 19.

Excommunicatio.

De ea agunt Patres Concilii Conſt. contra poſitiones imputatas Wiclefo III. (XIII.) 235. fin. - 241. ſq. item 302. ſq. it. contra Jac. de Miſa. III. (XIV.) 344. Reſponſio ejusdem III. (XVI.) 507 - 510. III. (XIX.) 671. ſq. 679. ſq.

De Excommunicationis abuſibus, Gerſon, de Poteſt. Eccl. VI. (III.) 90. fin. ſq.

Excommunicationes fiant rariores, urgente Zabarella I. (IX.) 529. item, de conditionibus legitime ferendæ excommunicationis, Concluſiones Joh. Jarsſana (Gerſon) Cancell. Pariſ. ex MS. Vindebon. ibid. 531 - 536.

Excommunicationes temerariæ abrogantur, Reformator. Conſt. I. (XII.) 753.

Exemptiones

Religioſorum tempore Schismatis conceſſæ revocantur, ſalvis tamen ſtudentium & Academiarum exemtionibus. I. (X.) 621.

Exiſtere

Eſt quaſi *extra Siſtere*, Jacobus de Miſa de vera exiſtentia corporis Chriſti in S. Cæna III. (XXIII.) 886.

F.

Faber Joh.

Conſiliarius Maximiliani Cæſ. fidus. I. V. 215. Ejus Orat. funebris in obitum Max. Cæſaris. ib.

Conradus *Faber* (Schmed)

Sangerhuſæ circa temp. Conc. Conſt. dogmata ſparſit: Baptismo rejecto, tanquam infructuoſo, unum & novum Sacramentum ſanguinis flagellantium ſtatuit. vocavit ſe Eliam & Henoch &c. ſequaces multos allexit I. (I.) 86. ſq. 127. ſq. 130. cum Begardo eſt Sectæ flagellantium propagator. III. (VII.) 92.

Joh. a *Falkenberg* vid. Joh. *Parvus.*

Ejus feralis liber (affertur Pariſiis) contra Polonos eorumque Regem ac Principes, interficiendos. inclinabat in ſententiam Johannis Parvi pro quo tres libellos Conſtantiæ contra Gerſonem & Alliacum ſcripſerat IV. Prol. Ind. 41. ad 27. Febr. 1417. carceri injicitur ob hunc librum.

Falſi crimen

Quomodo puniendum I. (XII.) 747.

Digitized by Google

Falſarius.
De duobus Romæ combuſtis admodum memorabilis Hiſtoria ex Wimphelingo I. (V.) 236. fin. ſq. fuerunt hi Franc. de Forlivi, Presbyter, Canonicus: Dominicus de Viterbo, Clericus, Apoſtol. literarum ſcriptor. hujus carmen triſte ad Papam 337.

Ferdinandus Arrag. Rex.
Ejus obitus, remora eſt Concilii Conſt. - - encomia, Vric I. (I.) 184. ſqq. Ejus Teſtamentum pium pro reformatione Eccl. I. (I.) 203. exequiæ, teſtamentum pro continuanda Unione Eccl. Filius ipſius confirmat Capitula Narbonenſia IV. (VIII.) 627. ſq. 714. 732. 743.

Feſta. vid. Joſephus.
Sanctorum non multiplicanda, ſed minuenda. poſt ſacra peracta redeundum ad labores I. (VIII.) 423. Clemangius: de novis celebritatibus non inſtituendis. in Edit. Lydiana Operum ipſius. 477. (ccc) idem urget Fr. Zabarella I. (IX.) 514. Feſtum S. Mariæ & Joſephi ſolennius inſtituendum urget Gerſon. IV. Prol. 39. ad 8. Sept. 1418.
Feſtorum nimia multitudo reſtringitur a Reformatorio, Decretal. I. (XII.) 733. & Gerſone, De ſuperſtitionibus in Feſto nativ. Chriſti ib. Conr. *Feurling* laudatur I. (IV.) Pr. fin.

Flagellarii. vid. Faber, Crucifratres.
Tædio ſummæ corruptionis Eccl. quod cum Wiclefo, M. Mathia & aliis conceperant, in devotionem cruentam prolapſi ſunt, repudiatis plerisque Pap. decretis, ritibusque eccleſiaſticis III. Pr. 6. igne & ferro in eos ſævitum, at fruſtra. ibid. Sanguinolentæ horum religioni remedia blanda quæſivere viri in Concilio prudentes 16. & II. (VII.) tot. vid. *Crucifratres* Conf. I. (I.) 127.

Forniatio
Poſt eam patratam ſacerdos ſaltem 4 - 5. diebus debet abſtinere a celebratione Miſſæ, & Diaconus a miniſterio altaris. Jacobus Laud. Epiſc. Orat. de honeſta Clericorum vita V. (V.) 126. ſq. in quovis homine eſt peccatum mortale, nedum in Clerico 125.

Friburgum
Urbs inexpugnabilis & elegans laudatur a Niemio II. (XV.) 400. fin. ſq. eo Papa Johannes XXIII. fugit. inde pergens, metu coactus, eodem redit. Evaneſcunt Tractatus cum Duce Burgundiæ. ib. Legati Concil. Conſt. ibi a Papa requirunt Procuratorium dandum. ib. Hinc captivus ducitur Cellam 405.

Fridericus I. Barbaroſſa
Secundum Gerſonem, ejus cervicem conculcavit Papa, quanquam Cæſaris verba Papæ arrogantiam retundentia: *Non tibi, ſed Petro*, alieno loco hic videtur allegaſſe. VI. (III.) 116. fin ſq.

Fridericus Dux Auſtr.
Diploma accipit, quo creatur Capitaneus Generalis Rom. Eccl. cum magno auri pondere, a Joh. XXIII. quem poſtea patrocinio, ſibi fere exitioſo complexus eſt. II. (X.) 246. cum Johanne Papa, inter ludos equeſtres a ſe inſtitutos, Schafhuſam aufugit, idque Cæſari fruſtra excuſat 250. ſq.
De ejus tentata conciliatione cum Cæſare & Concilio, impetrato ſalvo conductu IV. (III.) 144. (T. 2.) ſq. it. 146. (T. 3.) reditu ad Concilium Conſt. 147. ſe dedit Cæſari, reſtituendum Papam ſpondet & diploma obligationis exhibet

Concilio 158. (Y) · 162. Sigism. Cæſar numeroſos exercitus in ditiones Friderici mittit, eas occupatum. 163. fide data Cæſari d. 5. Maj. 1415. qua receptus erat in gratiam, Papam reddendi Concilio: ex Johannis Patrono, per Concilium cogitur fieri, ipſius traditor & carceris pararius. d. 17. Maj. 1415. 210. ſq.

Ejusdem Fatorum hiſtoriam recenſet luculento & eleganti ſtylo *Gerardus de Roo*, Hiſtor. Auſtr. L. IV. f. 150. ſq. momentis ſequentibus: Non ſolum Cæſaris de ejus, fugam Johannis adjuvantis, pravo peſſimi nebulonis patrocinio, in Concilio conquerentis offenſam graviſſimam, ſed & omnium bonorum infenſos animos in ſe concivit. agitabantur alioquin occultis invidiæ ſtimulis in Principes Auſtriacos, veteri ſimultate, quod opes illorum paucis annis in immenſum creverant, multi Principes & Epiſcopi: tempus adeſſe rati, in ditiones Auſtriacorum involandi. Itaque Sigismundum, per ſe ad ultionem proclivem, inſtigant. Citatur ergo Fridericus Cum non compareret, reus peragitur majeſtatis. Proſcribuntur omnes ejus ditiones, Vaſallis a fidelitatis ſacramento abſolutis, præmio propoſito, omnibus damnum illi illaturis. Itaque ingratiſſimus quisque Princeps, Epiſcopus, Comes, Baro, Nobilis, cum Civitatibus, ipſisque ruſticis in Friderici perniciem ſe armabat. Pleraque Auſtriaca oppida capiuntur, & ab illis, & a Cæſare. invadunt & ipſi Helvetii, qui fœdus ſibi cum Auſtriaco ad L. annos ictum, armis ſuis obſtare cauſantes, a Concilio abſolvuntur ſacramento; Ergoviam occupant. Horum maxime viribus ſibi adverſis territus Fridericus, copias ex Burgundia & Lotharingia, ſtimulante Papa Johanne XXIII. & ſuas opes offerente, conductum it. Verum intervenit his conſiliis Elector Palatinus, & gravi Oratione Fridericum ad leniora & tutiora remedia, reconciliationem ſcil. cum Cæſare & Concilio, &c. amplectenda, hortatur, ſeque mediatore rem compoſitum iri, ſpondet. Adit itaque Fridericus cum Elect. Palatino & Friderico Burggravio Norimberg. mox Electore (ob hæc & alia merita creato) Brandenb. eadem ipſi perſuadente, Conſtantiam. Cæſari fit ſupplex, eaque lege, ut ſe ſuaque eidem permitteret, pacem ac veniam impetrat. Ita paulo poſt futurum, ut omnia ſibi redderentur, perſuaſus, ſcribit ad civitatum ſuarum Præfectos, ut omnia Cæſari tradant. Interim Tirolenſes & Atheſini Fratri Friderici, Erneſto (Patre Friderici III. poſtea Imperatoris, in his turbis nato 1. Oct. 1415) ne ab Auſtriacis, divellerentur, homagium præſtiterant. Is Cæſaris literis & Friderici Legatis jubetur, Fratri ditionem reddere, quod ille ſe facturum negat. Sigismundus armis peti Erneſtum, rem fore, Concilii res moraturam, timens, hujus negotiis inſudat. Fridericus (etſi Pontificem fugitivum jam Cellam uſque, 2 milliaribus a Conſtantia ſitam, perduxerat, isque in poteſtate Concilii eſſet) Sigismundi reconciliationem plenam, & amiſſarum ditionum recuperationem nequicquam exſpectabat. Nihil itaque cum ſeu ſuis, ſeu Interceſſorum precibus apud Cæſarem obtineret, conſcenſo equo, cum paucis conſciis

Conſtantia excedens, in Tirolim evaſit. Ibi nobilis & Eccleſiaſtici Ordinis proceres Erneſto, civitates & ruſtici Friderico adhærent. Hinc res ad bellum inteſtinum, atque adeo Fratrum, ſpectabat, ejus fomitem & ſcintillas ſufflaminantibus maxime Clericis. post multas turbas, Ordinum cordatiorum interventu concordia inter fratres ſancitur, Ernesto Fratri ditiones priſtinas liberaliter cedente. In Suevia vero omnia Friderico magis adverſa erant. Tandem inſistentibus apud Cæſarem deprecatoribus, quorum fide ei ſe permiſerat, Palatino Electore & Friderico Burggravio Norib. conſultum fuit rebus Friderici Auſtriaci exulceratis, & invidiæ, qua pene conflagraverat, flamma reſtincta eſt. Recepit à Cæſare poſſeſſionem ditionum ſuarum, numerata mulcta XXXM aureorum. nec difficultatibus & damnis rerum ſuarum poſtea caruit Fridericus Auſtriæ Dux, in idem malorum præcipitium, unde Johannem Papam obligatione Capitanei vindicare nequivit, ſe daturus, ni lenioribus dictorum Principum conſiliis obtemperaſſet. reliqua vid. II. (XIV.) 330 - - 335. coll. II. (XV.) 395. ſqq. De Friderico Auſtr. conf. etiam Vric Hiſt. Conc. Conſt. 197. fin. ſq.

Ipſius cauſa agitur in Comitiis Conſtant. Præſide Friderico Brandenb. El. IV. (XII.) 1510. cum Sigismundo Cæſare convenit Morsburgi prope Conſtantiam, ibi cum eo conciliandus 1544. ſq. in Monaſt. Munſterlingen Tractatus conciliationis continuatur 1564. transactio perficitur 1581. ab Excommunicationis ſententia per Cardinalem abſolvitur. ibid. Cæſar ipſi ſolenniſſime regalia ſua contulit in foro Conſtantienſi, ſpectante infinita hominum turba. ibid.

Poſtquam per annum Conſtantiæ in obſtagio fuerat, e Concilio clam emigravit. Nolebat reddere Epiſcopo Tridentino ſuam Eccleſiam. Concilio litem hanc decidendam permiſerat, quia autem cauſa ſuperior futurus videbatur Epiſcopus, nec Dux ditiones ſuas ex promiſſo Cæſaris recuperabat, rerum pertæſus abiit. res tandem compoſita, ſuum cuique redditnm, Epiſcopo Eccleſia, principi ſuæ ditiones IV. (VIII.) 626.

Fridericus III. Imp.

Cogit Concilium Baſil. & Comitia Moguntiæ ac Francofurti pro reformanda Eccleſia, at callidis promiſſis Eugenii IV. circumvenitur nimis lenis Princeps. I. (V.) 167. ſqq. ne cogeret novum Concilium, univerſis Germanis exoptatum. 185.

Frider. III. Sedi Rom. dignitatem reddidit, item Sylvius eum idcirco laudat I. (V.) 199.

Fridericus El. Branſlenb.

Cogit per tribunal Cæſaris Conſtantienſe Putlitzium, ut redderet Epiſcopo Magdeb. Gunthero Schwarzburgenſi oppidum Sandaw, vi ereptum II. Prol. 12.

Ejus inveſtitura & occupatio Marchionatus & Electoratus Brandenburgenſis ib. 11.

Vid. V initio Inſignia & Imaginem ipſius. Inveſtituræ plenior germanica deſcriptio V. (VIII.) 183 - - 188.

Pleniſſime etiam deſcribitur ejusdem Friderici I. (Burggr. Norib.) inveſtitura, qua ſolenniſſime Marchionatum & Electorat. Brandeub. accepit d. 18. May 1417. a Cæſ. Sigism. in foro Conſtant. (IV. X.) 1222.

Digitized by Google

1222. Ejus meritum, in retinendis per blanda Colloquia Cardinalibus, e Concilio abituris, IV. (XI.) 1416. init. Eſt primus cuſtodum Conclavis, ubi electus eſt novus Papa (Martinus V.) (XII.) 1467. 1471.

Autor eſt & comes Friderico Auſtriaco, ut Cæſari ſupplex iret Conſtantiam, ditiones amiſſas recuperaturus. II. (XIV.) 331.

Ablegatur a Cæſare cum aliis Principibus & Epiſcopis ad Johannem P. Friburgo retrahendum Conſtantiam. dedit ei Cæſar ad hoc negotium, ſeu arte, ſeu Marte, conficiendum, CCC armatos. IV. (III.) 163. ſq. merita ejus in hac cauſa 164 defert Papam captivum Friburgo Cellas, manum præbente Friderico Auſtriaco 210. ſq.

Nuptias celebrat Conſtantiæ inter filiam ſuam, & Ludovicum Ducem Brigenſem, Cæſare parario. IV. (XII.) 1544. Conſtantia diſcedit, meritis in Concilium coruscus 1584.

Juſſu Cæſaris pro tribunali ſedit, adſidentibus aliis Principibus in Comitiis Conſtantienſibus, contra Fridericum Duc. Auſtr. IV. (XII.) 1510.

Fridericus Marchio Miſniæ

Solenniter excipitur Conſtantiæ cum 3 Bavar. Ducibus. 1221. ſine Inveſtitura indignabundus Conſtantia diſcedit, mox defuncto Rudolpho majori, Electorali Saxoniæ dignitate inveſtitus. IV. (X.) 1308.

Fures

Magni parvum ſuſpendunt, dictum Philoſophi, cum vidiſſet, Judices malæ notæ & plebis emunctores furem ducere ad ſupplicium I. (I.) 80. fin. ſq.

G.

Galli

Turpiter fugantur ab Anglis tempore Concilii Conſtant. II. (XV.) 421. de Gallis antiquum dictum non fallit: *Gallorum multa ſunt & repentina conſilia.* it. ad Bella ſuſcipienda Galli ſunt alacres, ad moleſtias ferendas molles & inconſtantes, *Niemius* II. (XV.) 421.

Galliæ Rex Carolus VI.

Acuitur Epiſtola Clemangii ad emendationem Eccleſiæ I. (II.) 7. ſq.

Gallicana Eccleſia

Ej. encomium, pro reddenda pace Eccl. ſedulo invigilantis II. (II.) 73.

Mich. *Galtheri*

Notarius Concilii Baſil. in eo deſcripſit Codicem Actorum Concil. Conſt. in Epitomen redactum IV. Prol. 12.

Gelaſius Papa

Sacrilegos decreto declarat eos, qui ſub pane tantum ſumant Sacramentum; Diſputant ſuper hoc manifeſto ſtatuto Conſtantienſes Theologi cum Jacobo de Miſa III. (XVIII.) 637. fin. ſq.

de *Geminiano* Dominicus

JCtus Florentinus vindicat ſcripto egregio libertatem nationis Germ. contra decimas à Martino V. impoſitas IV. (XII.) 1579. ſq.

In *Genus* humanum invectivum carmen Th. Vrie, quod ultra naturam degenerarit. I. (I.) 11. ſq.

- Heu mortale genus, quantum tu degeneraſti I. 11. &c.

Georgius Baro ab *Ende*. v. prædones.

Famoſus prædo, ex caſtris, Grimmenſtein, aliisque invaſerat cum ſociis Conſtantienſes: ejus ſupplicium &c. IV. (VIII.) 628. 629. ſq. II. 443. dicitur parvus Baro,

at magnus tyrannus, ap. Niemium l. c.

Gentianus Bened.

JCtus Acad. Pariſ. Legatus, dat Concilio Conſt. monita ſolidiſſ. ad continuandas Seſſiones, excluſo Papa profugo & Cardinalibus II. (XI.) 280. ſq.

Germani.

Pro iis contra Hieronymum Prag. Theod. Niemii Apologia. II. 450. ſq. Hus & Hieronymus a Germanis informati. Germani ex Academia Pragenſi expulſi. 453.

Dominici de Geminiano, JCti Florentini, Repudium Decimarum, Martini V. diplomatibus & Edictis Epiſcoporum de decimis. a Clero Germano ſolvendis, oppoſitum, in Conſtant. Concilio ſub illius finem ex antiquo Cod. MSS. Reg. Berol. II. (XXIII.) 608. ſq.

Natio *Germanica.*

Gravamina ejus in Papas, & Concordata cum Nartino V. I. (XXIV.) vid. Conc. *Conſt.* Ej. Gravamina in Calixtum III. Papam I. (V.) 182. Concordata cum Nicol. V. 179. cum Eugenio IV. nomine: *InterimEugenianam.* 173. Diploma Eugenii de juribus Eccl. German. 174 - 177. Germ. Nationis invictus ardor pro Reformatione contra machinas Papæ & Cardinalium. I. (XX.) Pr. I (XXI.) Pr I. (XXIII.) Pr. & inpr. I. (XXIV.) Pr.

Germania.

Concilia Germanorum non proſunt Curiæ Rom. duobus honorati ſunt, non eſt, quod ſperent amplius Concilium ſeu univ. ſeu nationale in terris ſuis, Aeneas Sylvius I. (V.) 188. Ejusdem *Deſcriptio de ritu, ſitu moribus & conditione Germanicæ*, liber callide oppoſitus deſiderio enixo Germanorum, Concilium novum univ. pro Reformatione Eccl. ex ſtatuto Concilii Conſt. efflagitantium. Germaniam magnopere commendat: prærogativa Nobilitatis, 190. amplitudine, præ incultiori antiquo ſtatu. 193. Nova Germania politiſſima ib. ſq. Ejus Urbium ſplendor. Veteris Germaniæ urbes reliquæ. 194. Germanorum mundicia, opulentia, ſupellex pretioſa, potentia, Archiepiſcopi potentiſſimi. 195. Epiſcoporum divitiæ & multitudo. his Itali comparati, Plebani potius, quam Pontifices dicendi. Canonicorum in Germania ſplendida Collegia. Principum Germ. Majeſtas. 196. Electores, Marchiones, Comites 197. Liberarum civitatum in Germ flos. Diſciplinæ militaris vigor. Morum elegantia in Germania ib. ſq. Univerſitates Germ. decoratiſſimæ. barbaries omnis a Germania remota. Libertatis amor apud Germanos. 198. jugi Papalis impatientes Germani quinam? 199 Germanorum Sanctio Pragmatica, quid? damnatur a Sylvio. 200. ſq. Germani in fide, quam Romanis acceptam ferunt, conſtantes 201. his laudibus adulatoriis Æneas Sylvius ſopitum it Germanorum deſideria reformationis Eccleſiaſt. 210. ex Germania aurum exportatum. 244. Aurifodinæ egregiæ Germ. 195. Melior status Eccl. in Germania, ubi Patroni Eccleſiarum ſunt Germani, non Curiales Romani 220. Juris Patronatus in Eccleſiis Germ. penes Germanos fructus ib. ſq.

Replicæ Wimphelingii in Æn. Sylvii Germaniæ ſitum, ritum &c. probantis: opes Germanorum labore partas. eorum religioſitatem, fidem in Christum, beneficia in

Rom. curiam. I. (V.) 230. ſq. Germani juſtitiæ cultores 232. eorum Eruditio Eccleſiæ fructuoſa. 233. Germanis Papæ parciſſime beneficia Eccl. conferunt 235.

Joh. *Gerſon.*

Ejus encomium ex Thuano I. (IV.) init.

Ejus Vita. ibid. 26. ſq. pericula vitæ ſtructa a ſeditione Pariſienſi. 42. Brigittæ canoniſationem impugnavit. Huſſi vivicomburium promovit. 42. fin. ſq. finito Concilio, ad quod Legatus Gall. fuerat, ſpontaneum exilium ſubiit. 45. Lugduni Gallorum per decennium ad vitæ finem deliteſcens, abjectis muneribus publicis, apud fratrem, Priorem Cœleſtinorum. 46. ſq. otium ejus negotioſum. 47. contra aſtrologiam judiciariam Librum ſcripſit. 48. Ultimum ejus carmen apologeticum. 49. obitus & epitaphium 50. ſq. Ejus monumenta literaria 52. docendi genius. 53. antiqua & pulcra imago. 54-57. fuit *anima* Concilii Conſt. 58. Ejus liber: de Reformatione Eccl. in Concilio Univ. ad amuſſim in ipſo Concilio fuit obſervatus I. (VI.) Pr. integer dictus liber comparet I. (VI.) ex MSto. Helmſtadienſi, nunquam antehac typis editus. ib. Pr. fin.

Gerſonis animi indoles, ſtudia conferuntur cum ejus æquali & ὁμοψήφῳ Petro de Alliaco I. (VI.) Pr. tot. 248. ſq.

Ejusd. inſigne opus: de Eccleſiast. Poteſtate publice pronunciatur in Concilio. IV. (X.) 1092. ejus Conſilium de Comm. ſub utraque (XI.) 1398. Concilio finito ſponte abit in exilium. 1583.

Ej. laudatus liber de Poteſtate Eccleſiaſtica integer ex MSS. apparet VI. (III.) 77. ſq. ejus imago 76. Edidit geminum Tractatum ad Concilium excitandum, ut Joh. Parvi Librum rigide examinaret. IV. 1088. 1087.

Ejus Compendium Theol. valde commendatur a Franc. Zabarella Concilio Conſt. in Eccleſiam introducendum I. (IX.) 505. Ejus Opus de viſitationibus Eccleſiarum commendat idem Concilio 526. fin.

Ejus Oratio egregia in Concil. Conſt. habita triduo poſt fugam Papæ Joh. XXIII. *de auctoritate Concilii.* NB. habuit illam juſſu Cæſaris & Concilii, pridie veſperi demum accepto, cum poſtero mane illam publice declamaret, unde quam expeditæ doctrinæ vir fuerit, liquet. II. (X.) 265-274. inpr. 267. poſt med. it. Propemptica ad Cæſarem, ante hujus iter in Hiſpaniam. II. (XVII.) 471. ſq. Ej. ad Cæſarem reducem & Concilium Demonſtratio: Petrum de Luna eſſe Hæreticum & ſede pellendum II. (XIX.) 566 ſq.

Idem Gerſon, cum Galli in concinnandis Concordatis Papæ Martini V. cum ſua Natione de poteſtate Papæ nimis libere diſſererent, huic reſtringendæ oppoſuit ſcriptum: Diſcuſſio Aſſertionis: *Sententia Paſtoris etiam injuſta tenenda eſt* IV. Prol. Ind. 49. ad 23. Febr. 1418. contra P. Martini V. damnatam Appellationem Polonorum (a Papa ad futurum Concilium) quod a Papa appellari non poſſe, iſte ſtatueret, edidit Opuſculum: Quomodo liceat in cauſis fidei a Papa appellare, ſeu ejus judicium declinare IV. (XII.) 1532.

Fuit idem Gerſon Huſſi comburendi adjutor, eo fine, ut cum Joh. Parvo eodem rigore procederetur. contrarium cum videret, ſero doluit, & προσωποληψίας judices accuſavit.

ſavit. IV. (VII.) 450. Libro de revocatione in rebus fidei, in Hieronymum ſuſpicionem de haud ſincero pectore revocantis, vel movit, vel auxit. IV (VIII.) 533. habuit propempticon in Cæſarem abeuntem de rebus arduis in Concilio tractandis. 482.

Idem occaſione Brigittæ Suecicæ, cui canonizandæ repugnabat, edit Librum, *de Probatione Spirituum*, inſertus III. (III.) 28. ſq. Ejusd. Opus contra *Proprietarios* III. (IX.) 120. Tractatus de *Simonia* I. (IV.) tot. I. (V.) 89. ſq.

Flagellarii vid. Faber. Crucifratres.

Tædio ſummæ corruptionis Eccl. quod cum Wiclefo, M. Matthia & aliis conceperant, in devotionem cruentam prolapſi ſunt, repudiatis plerisque Pap. decretis ritibusque eccleſiaſticis. III. Prol. 6. igne & ferro in eos ſævitum, at fruſtra. ibid. Sanguinolentæ horum religioni remedia blanda quæſivere viri in Concilio prudentes 16. & III. (VII.) tot. vid. *Crucifratres*. conf. I. (I.) 127.

Gobelinus Perſona vid. Lit. *P.*

Goldaſtus

Lapſus eſt, ad an. 1427. Aviſamenta Conſtantienſia referens, cum ad An. 1440. adque alia Comitia Moguntinenſia ſpectent. caſtigatur idem in aliis I. (V.) 241. ſq. it. I. Prol. 31. 32. ſq.

Goslaria

Günthers Grafen von Schwartzburg als Ober Hofrichters Kayſers Sigism. Deciſiva ſententia in cauſa der Juden, ſo von Goßlar nach Braunſchweig gezogen. V. (VI.) 171. ſq.

Math. *Grabon.*

Cum videret, multos utriusque ſexus coire ſine regula, proprio motu, in ſocietates amicas, in communione bonorum, ſine habitu monachali, viventes, deteſtatus hos cœtus, Monachatus præſtantiam ita extulit, ut ei ſoli veram Religionem tribueret. Liber ejus oblatus Martino V. & per hunc datus Commiſſariis, inpr. Gerſoni & Alliaco. quorum ſcripta & alia huc pertinentia vid. III. (VIII.) 107-120. Grabonis revocatio & abjuratio ſui erroris 119. fin. ſq.

Græca Eccl.

Sigism. Cæſar eo quoque animo Concilium Conſt. convocârat, ut Græcam Eccl. cum Romana conjungeret VI. Pr. 3.

Eccleſiæ Græcæ & Imperatoris Conſtantinopol. Legati veniunt ad ConciliumConſt. I (I.) 161. ſq. Offerunt ſe, ad Schisma tollendum, & ſubjiciendum ſe Romano Pontifici. ibid.

Grammatica

Competens (i. e. aliqua habilitas) requiritur ad Abbatiam Ciſterc. vel Præmonſtrat. Ord. it. in Parochialibus aliisque beneficiis; cum in Eccleſiis Cathedralibus, & Epiſcopatibus &c. requirantur Doctores vel Magiſtri artium I. (X.) 637. ſq.

Gregorius VI. Papa

Sanguinarius dictus, laudatur Theod. Vrie I. (I.) 116. ſq. fabula mira ab eod. (nimis ſubinde credulo) traditur de Papæ hujus ſepultura ib. 117. ſq.

Gregorius XII. unus trium Anti Paparum. al. *Angelus de Corario.*

Adſumitur ad Papatum, ſed cum juramentis, quibus ſe Cardinalibus obligavit, ad ceſſionem Papatus poſtea ſponte peragendam; item ad nullos creandos novos Cardinales. at nihil ſervavit, in omnibus perjurus. novos Cardinales creat, ſine Conſenſu ceterorum, Veteres adi[illegible]git,

Digitized by Google

1222. Ejus meritum, in retinendis per blanda Colloquia Cardinalibus, e Concilio abituris. IV. (XI.) 1416. init. Eſt primus cuſtodum Conclavis, ubi electus eſt novus Papa (Martinus V.) (XII.) 1467. 1471.

Autor eſt & comes Friderico Auſtriaco, ut Cæſari ſupplex iret Conſtantiam, ditiones amiſſas recuperaturus. II. (XIV.) 331.

Ablegatur a Cæſare cum aliis Principibus & Epiſcopis ad Johannem P. Friburgo retrahendum Conſtantiam. dedit ei Cæſar ad hoc negotium, ſeu arte, ſeu Marte, conficiendum; CCC armatos. IV. (III.) 163. ſq. merita ejus in hac cauſa 164 defert Papam captivum Friburgo Cellas, manum præbente Friderico Auſtriaco 210. ſq.

Nuptias celebrat Conſtantiæ inter filiam ſuam, & Ludovicum Ducem Brigenſem, Cæſare parario. IV. (XII.) 1544. Conſtantia diſcedit, meritis in Concilium coruscus 1584.

Juſſu Cæſaris pro tribunali ſedit, adſidentibus aliis Principibus in Comitiis Conſtantienſibus, contra Fridericum Duc. Auſtr. IV. (XII.) 1510.

Fridericus Marchio Miſniæ

Solenniter excipitur Conſtantiæ cum 3 Bavar. Ducibus. 1221. ſine Inveſtitura indignabundus Conſtantia diſcedit, mox defuncto Rudolpho majori, Electorali Saxoniæ dignitate inveſtitus. IV. (X.) 1308.

Fures

Magni parvum ſuſpendunt, dictum Philoſophi, cum vidiſſet, Judices malæ notæ & plebis emunctores furem ducere ad ſupplicium I. (I.) 80. fin. ſq.

G.

Galli

Turpiter fugantur ab Anglis tempore Concilii Conſtant. II. (XV.) 421. de Gallis antiquum dictum non fallit: *Gallorum multa ſunt & repentina conſilia.* it. ad Bella ſuſcipienda Galli ſunt alacres, ad moleſtias ferendas molles & inconſtantes, *Niemius* II. (XV.) 421.

Galliæ Rex Carolus VI.

Acuitur Epiſtola Clemangii ad emendationem Eccleſiæ I. (II.) 7. ſq.

Gallicana Eccleſia

Ej. encomium, pro reddenda pace Eccl. ſedulo invigilantis II. (II.) 73.

Mich. *Galtheri*

Notarius Concilii Baſil. in eo deſcripſit Codicem Actorum Concil. Conſt. in Epitomen redactum IV. Prol. 12.

Gelaſius Papa

Sacrilegos decreto declarat eos, qui ſub pane tantum ſumant Sacramentum; Diſputant ſuper hoc manifeſto ſtatuto Conſtantienſes Theologi cum Jacobo de Miſa III. (XVIII.) 637. fin. ſq.

de *Geminiano* Dominicus

JCtus Florentinus vindicat ſcripto egregio libertatem nationis Germ. contra decimas à Martino V. impoſitas IV. (XII.) 1579. ſq.

In *Genus* humanum invectivum carmen Th. Vrie, quod ultra naturam degenerarit. I. (I.) 11. ſq.

Heu mortale genus, quantum tu degeneraſti I. 11. &c.

Georgius Baro ab *Ende.* v. prædones.

Famoſus prædo, ex caſtris, Grimmenſtein, aliisque invaſerat cum ſociis Conſtantienſes: ejus ſupplicium &c. IV. (VIII.) 628. 629. ſq. II. 443. dicitur parvus Baro,

at magnus tyrannus, ap. Niemium l. c.

Gentianus Bened.

JCtus Acad. Pariſ. Legatus, dat Concilio Conſt. monita ſolidiſſ. ad continuandas Seſſiones, excluſo Papa profugo & Cardinalibus II. (XI.) 280. ſq.

Germani.

Pro iis contra Hieronymum Prag. Theod. Niemii Apologia. II. 450. ſq. Hus & Hieronymus a Germanis informati. Germani ex Academia Pragenſi expulſi. 453.

Dominici de Geminiano, JCti Florentini, Repudium Decimarum, Martini V. diplomatibus & Edictis Epiſcoporum de decimis. a Clero Germano ſolvendis, oppoſitum, in Conſtant. Concilio ſub illius finem ex antiquo Cod. MSS. Reg. Berol. II. (XXIII.) 608. ſq.

Natio *Germanica.*

Gravamina ejus in Papas, & Concordata cum Martino V. I. (XXIV.) vid. Conc. *Conſt.* Ej. Gravamina in Calixtum III. Papam I. (V.) 182. Concordata cum Nicol. V. 179. cum Eugenio IV. nomine: *InterimEugenianam.* 173. Diploma Eugenii de juribus Eccl. German. 174 - 177. Germ. Nationis invictus ardor pro Reformatione contra machinas Papæ & Cardinalium. I. (XX.) Pr. I (XXI.) Pr I. (XXIII.) Pr. & inpr. I. (XXIV.) Pr.

Germania.

Concilia Germanorum non proſunt Curiæ Rom. duobus honorati ſunt, non eſt, quod ſperent amplius Concilium ſeu univ. ſeu nationale in terris ſuis, Aeneas Sylvius I. (V.) 188. Ejusdem *Deſcriptio de ritu, ſitu moribus & conditione Germanicæ*, liber callide oppoſitus deſiderio enixo Germanorum, Concilium novum univ. pro Reformatione Eccl. ex ſtatuto Concilii Conſt. efflagitantium. Germaniam magnopere commendat: prærogativa Nobilitatis, 190. amplitudine, præ incultiori antiquo ſtatu. 193. Nova Germania politiſſima ib. ſq. Ejus Urbium ſplendor. Veteris Germaniæ urbes reliquæ. 194. Germanorum munditia, opulentia, ſupellex pretioſa, potentia, Archiepiſcopi potentiſſimi. 195. Epiſcoporum divitiæ & multitudo. his Itali comparati, Plebani potius, quam Pontifices dicendi. Canonicorum in Germania ſplendida Collegia. Principum Germ. Majeſtas. 196. Electores, Marchiones, Comites 197. Liberarum civitatum in Germ. flos. Diſciplinæ militaris vigor. Morum elegantia in Germania ib. ſq. Univerſitates Germ. decoratiſſimæ. barbaries omnis a Germania remota. Libertatis amor apud Germanos. 198. jugi Papalis impatientes Germani quinam? 199. Germanorum Sanctio Pragmatica, quid? damnatur a Sylvio. 200. ſq. Germani in fide, quam Romanis acceptam ferunt, conſtantes 201. his laudibus adulatoriis Æneas Sylvius ſopitum it Germanorum deſideria reformationis Eccleſiaſt. 210. ex Germania aurum exportatum. 244. Aurifodinæ egregiæ Germ. 195. Melior status Eccl. in Germania, ubi Patroni Eccleſiarum ſunt Germani, non Curiales Romani 220. Juris Patronatus in Eccleſiis Germ. penes Germanos fructus ib. ſq.

Replicæ Wimphelingii in Æn. Sylvii Germaniæ ſitum, ritum &c. probantis: opes Germanorum labore partas. eorum religioſitatem, fidem in Christum, beneficia in Rom.

Digitized by Google

Rom. curiam. I. (V.) 230. ſq. Germani juſtitiæ cultores. 232. eorum Eruditio Eccleſiæ fructuoſa. 233. Germanis Papæ parciſſime beneficia Eccl. conferunt 235.

Joh. *Gerſon.*

Ejus encomium ex Thuano I. (IV.) init.

Ejus Vita. ibid. 26. ſq. pericula vitæ structa a ſeditione Pariſienſi. 42. Brigittæ canoniſationem impugnavit. Huſſi vivicomburium promovit. 42. fin. ſq. finito Concilio, ad quod Legatus Gall. fuerat, ſpontaneum exilium ſubiit. 45. Lugduni Gallorum per decennium ad vitæ finem deliteſcens, abjectis muneribus publicis, apud fratrem, Priorem Cœleſtinorum. 46. ſq. otium ejus negotioſum. 47. contra aſtrologiam judiciariam Librum ſcripſit. 48. Ultimum ejus carmen apologeticum. 49. obitus & epitaphium 50. ſq. Ejus monumenta literaria 52. docendi genius. 53. antiqua & pulcra imago. 54. 57. fuit *anima* Concilii Conſt. 58. Ejus liber: de Reformatione Eccl. in Concilio Univ. ad amuſſim in ipſo Concilio fuit obſervatus I. (VI.) Pr. integer dictus liber comparet I. (VI.) ex MSto. Helmſtadienſi, nunquam antehac typis editus. ib. Pr. fin.

Gerſonis animi indoles, ſtudia contenduntur cum ejus æquali & *ὁμοψήφῳ* Petro de Alliaco I. (VI.) Pr. tot. 248. ſq.

Ejusd. inſigne opus: de Eccleſiaſt. Poteſtate publice pronunciatur in Concilio. IV. (X.) 1092. ejus Conſilium de Comm. ſub utraque (XI.) 1398. Concilio finito ſponte abit in exilium. 1583.

Ej. laudatus liber de Poteſtate Eccleſiaſtica integer ex MSS. apparet VI. (III.) 77. ſq. ejus imago 76. Edidit geminum Tractatum ad Concilium excitandum, ut Joh. Parvi Librum rigide examinaret. IV. 1088. 1087.

Ejus Compendium Theol. valde commendatur a Franc. Zabarella Concilio Conſt. in Eccleſiam introducendum I. (IX.) 565. Ejus Opus de viſitationibus Eccleſiarum commendat idem Concilio 526. fin.

Ejus Oratio egregia in Concil. Conſt. habita triduo poſt fugam Papæ Joh. XXIII. *de auctoritate Concilii.* NB. habuit illam juſſu Cæſaris & Concilii, pridie veſperi demum accepto, cum poſtero mane illam publice declamaret, unde quam expeditæ doctrinæ vir fuerit, liquet. II. (X.) 265-274. inpr. 267. poſt med. it. Propemptica ad Cæſarem, ante hujus iter in Hiſpaniam. II. (XVII.) 471. ſq. Ej. ad Cæſarem reducem & Concilium Demonſtratio: Petrum de Luna eſſe Hæreticum & ſede pellendum II. (XIX.) 566 ſq.

Idem Gerſon, cum Galli in concinnandis Concordatis Papæ Martini V. cum ſua Natione de poteſtate Papæ nimis libere differerent, huic reſtringendæ oppoſuit ſcriptum: Diſcuſſio Aſſertionis: *Sententia Paſtoris etiam injuſta tenenda eſt* IV. Prol. Ind. 49. ad 23. Febr. 1418. contra P. Martini V. damnatam Appellationem Polonorum (a Papa ad futurum Concilium) quod a Papa appellari non poſſe, iſte ſtatueret, edidit Opuſculum: Quomodo liceat in cauſis fidei a Papa appellare, ſeu ejus judicium declinare IV. (XII.) 1532.

Fuit idem Gerſon Huſſi comburendi adjutor, eo fine, ut cum Joh. Parvo eodem rigore procederetur. contrarium cum videret, ſero doluit, & *προσωποληψίας* judices accuſavit.

ſavit. IV. (VII.) 450. Libro de revocatione in rebus fidei, in Hieronymum ſuſpicionem de haud ſincero pectore revocantis, vel movit, vel auxit. IV(VIII.) 533. habuit propempticon in Cæſarem abeuntem de rebus arduis in Concilio tractandis. 482.

Idem occaſione Brigittæ Suecicæ, cui canonizandæ repugnabat, edit Librum, *de Probatione Spirituum*, inſertus III. (III.) 28. ſq. Ejusd. Opus contra *Proprietarios* III. (IX.) 120. Tractatus de *Simonia* I. (IV.) tot. I. (V.) 89. ſq.

Flagellarii vid. Faber. Crucifratres.

Tædio ſummæ corruptionis Eccl. quod cum Wiclefo, M. Matthia & aliis conceperant, in devotionem cruentam prolapſi ſunt, repudiatis pleriſque Pap. decretis ritibusque eccleſiaſticis. III. Prol. 6. igne & ferro in eos ſævitum, at fruſtra. ibid. Sanguinolentæ horum religioni remedia blanda quæſivere viri in Concilio prudentes 16. & III. (VII.) tot. vid. *Crucifratres*. conf. I. (I.) 127.

Gobelinus Perſona vid. Lit. *P.*

Goldaſtus.

Lapſus eſt, ad an. 1427. Aviſamenta Conſtantienſia referens, cum ad An. 1440. adque alia Comitia Moguntinenſia ſpectent. caſtigatur idem in aliis I. (V.) 241. ſq. it. I. Prol. 31. 32. ſq.

Goslaria

Günthers Grafen von Schwartzburg als Ober Hofrichters Kayſers Sigism. Deciſiva ſententia in cauſa der Juden, ſo von Goßlar nach Braunſchweig gezogen. V. (VI.) 171. ſq.

Math. *Grabon.*

Cum videret, multos utriusque ſexus coire ſine regula, proprio motu, in ſocietates amicas, in communione bonorum, ſine habitu monachali, viventes, deteſtatus hos cœtus, Monachatus præſtantiam ita extulit, ut ei ſoli veram Religionem tribueret. Liber ejus oblatus Martino V. & per hunc datus Commiſſariis, inpr. Gerſoni & Alliaco. quorum ſcripta & alia huc pertinentia vid. III. (VIII.) 107-120. Grabonis revocatio & abjuratio ſui erroris 119. fin. ſq.

Græca Eccl.

Sigism. Cæſar eo quoque animo Concilium Conſt. convocarat, ut Græcam Eccl. cum Romana conjungeret VI. Pr. 3.

Eccleſiæ Græcæ & Imperatoris Conſtantinopol. Legati veniunt ad Concilium Conſt. I (I.) 161. ſq. Offerunt ſe, ad Schisma tollendum, & ſubjiciendum ſe Romano Pontifici. ibid.

Grammatica

Competens (i. e. aliqua habilitas) requiritur ad Abbatiam Ciſterc. vel Præmonſtrat. Ord. it. in Parochialibus aliisqne beneficiis; cum in Eccleſiis Cathedralibus, & Epiſcopatibus &c. requirantur Doctores vel Magiſtri artium I. (X.) 637. ſq.

Gregorius VI. Papa

Sanguinarius dictus, laudatur Theod. Vrie I. (I.) 116. ſq. fabula mira ab eod. (nimis ſubinde credulo) traditur de Papæ hujus ſepultura, ib. 117. ſq.

Gregorius XII. unus trium Anti Paparum. al. *Angelus de Corario.*

Adſumitur ad Papatum, ſed cum juramentis, quibus ſe Cardinalibus obligavit, ad ceſſionem Papatus poſtea ſponte peragendam; item ad nullos creandos novos Cardinales. at nihil ſervavit, in omnibus perjurus. novos Cardinales creat, ſine Conſenſu ceterorum, Veteres

adhigit,

Digitized by Google

adfligit, hisque interdicit omne unionis parandæ ſtudium. II. (II.) 63. 64. ſq. 85. illum deſerunt & Piſam ſe recipiunt, perſequente eos Gregorio. ib. colluſio ejus cum Bened. XIII. ne Papatu cederent. ib. 85. Secretarius Georgii, Leonh. Aretinus. Ejus candidiſſima ad Rob. Ruffum Epiſtola, ex Conc. Piſ. qua Patres Concilii Piſani laudat, Dominum vero ſuum P. Gregorium vituperat, ob perjurium &c. II. (II.) 103. ſq.

Gregorii Legati veniunt Conſtantiam ad Concilium, obtinent jus cum rubeo capello intrandi, offerunt Schedulam ceſſionis à Papatu pro Gregorio II (VIII.) 204. ſqq. conditiones ceſſionis. 207. Elector Bavariæ cum Gregorio faciens, operam ſuam pollicetur, hunc pelliciendi ad liberam ceſſionem. 206.

Fit ſucceſſor miſeri Innoc. VIImi. II. (XV.) 351. turbæ in illum Balthaſaris Cardinalis (poſt Joh. XXIII.) ibid. convenit cum Benedicto XIII. in civitate Lucana, de pace & unione, per mutuam ceſſionem Eccleſiæ procuranda. ibid. Sed artibus Balthaſaris, tunc Cardinalis, Piſam transfertur id negotium unionis, ad Concilium univerſale ib. hinc ſimultas inter Papam hunc & Balthaſarem, mox Johannem XXIII. Papam factum 352., qui Cardinales corrumpendo abſtraxit a Gregorio. ib. dejecto adverſario ſuo, Johanne XXIII. ſponte Papatu Gregorius ceſſit, per Procuratorem ſuum, Carolum Ducem de Malateſtis, & fit Epiſcopus Portuenſis ac Cardinalis. II. (XV.) 409. Ceſſionem factam ſolenniter approbat, deponens mitram pontificalem, colobium & omnia inſignia pontificalia &c. 413. Gregorii XII. Epiſtolæ de Schismate tollendo, ſub init. Concilii Conſt. ſcriptæ: ad Imp. Sigismundum (An. 1413.) qua eum nominat, pronunciat Regem Romanorum omnesque vaſallos, Reges, Principes ipſi obedire jubet &c. II. (XVI.) 463. ſq. 465. ad Ludovicum Bav. Ducem: De imminenti Concilio Conſt. ægritudinem ſuam teſtatur. 466. Declarat Papæ Ludovicus, reſponſo dato, ſtudium pacis. ib. ſq. Epiſcopi quidam Germ. Gregorio addicti ipſum rogant, ut Concilii Conſt. decretis de Unione adquieſcat. 468. NB. Quomodo ceſſerit tandem, quamvis ægerrime, Papatu, ex Gobelino Perſona, Platina, Spondano, recenſet Hardtius 469. ſq. moritur non multo poſt, dolore animi, propter ſubitam abdicationem a Carolo de Malateſtis Procuratore factam, quam longius protrahi voluerat. Cardinalis perpetuus & Legatus Papæ, ante omnes Cardinales primum locum obtinens, idcirco a Concilio declaratur. vid. Niemium II. (XV.) 414. & Vrie I. (I.) 166. ſq. qui ob hanc ſpontaneam reſignationem eum in cœlum extollit, atque hunc Angelum de Corario Angelorum cœleſtium choro adjungit, cum pectoris ipſius receſſus, ambitionis papalis plenos, retegant Acta. conſ. II. 190. de Gregorio conſ. etiam, quæ narrat Vrie I. (I.) 163 - 169. item comporatio ejusd. ſimplicioris & magis aperti, cum genio vafro Benedicti XIII. ſimulatoris, Hardt. I. (II.) 29. fin. ſq.

Gregori XII. Papæ Legati exhibent Concilio ceſſionem Heri ſui, cujus nova formula iis præſcribitur. IV. (II.) 37. ſq. an recipiendi ſint? 35. fin. ſq. de ejus ceſſione ſponte

oblata 41. ſq. IV. (III.) 177. ſqq. 192. ſq. Ejus Legatus Malateſta offert pacem Eccl. per Ceſſionem Gregorii. 335. 341. hic per Legatum ſolenniſſime renunciat Papatui. Apparatus publicus pro hac ceſſione 346 - 378. Gregorius ornatur dignitate Cardinal. 378. Gratiæ ipſi a Concilio pro ceſſione actæ IV. (VII.) 474.

Ejusd. Inſignia in Concilio Conſt. violata, nocte per Johannis XXIII. adſeclas ſublata, indeque ortæ turbæ IV. (I.) 20. ſq.

Libellus prolixus in Concilio editus: de reali obedientia olim Papæ Gregorii XII. IV. (IX.) 897. ſq.

Gubernaculum Conciliorum Andreæ Ep. Magorenſis vid. *Magorenſis* & *Andreas.*

Güntherus Comes Swarzburg.

Aulæ Cæſ. judex, æger Conſtantia deportatus, in lacu Potamico obit. IV. (XII.) 1565.

H.

Hæretici

H. I. Huſſitæ, eorum ſigna, quæ laudi potius ipſorum habenda, affert fuſe Reinhardus, libro, de erroribus hæreticorum (ipſe antea XVII. annis hæreſiarcha) III. (XIX.) 664-670.

Halberſtadium.

Canonicorum Halberſt. duo Frid. Hake & Theod. Robili Conſtantiæ carceri injiciuntur, ob lethaliter vulneratum Cancellarium Eccl. Cath. Halberſt. Nicol. a Walhauſen, & cum Joh. Netting ex terris Halberſt. ejiciuntur per Epiſcopum Albertum. V. Prol. 10.

Halberſtadienſe Archivum

Ex eo Hardtius per Lucanum Secretarium Electoris Brand. accepit Diploma Eugenii IV. pro juribus Eccleſiæ Germanicæ, inſertum I. (V.) 174. ſq.

van der *Hardt* (Herm.) Autor Cel. hujus Operis.

Primus edidit ex majoribus authenticis MStis Conſt. Concilii Acta pleniora, cum antea non niſi Epitome Baſileenſis extiterit, idque immenſo labore. IV. Prol. 13. fin. ſeqq.

Henricus de Haſſia vid. *Langenſtein.*

Herbipolenſis Ep. Joh.

Detrectat magnam Papæ, in ditione ſua collectam pecuniæ ſummam mittere Romam I. (V) 181. defendunt illum Electores, Moguntinus, & alii. 182.

Hieronymus Prag.

Venit Conſtantiam. IV. (III.) 93. publico Programmate petit ſalvum conductum. 103. ſq. quo non ſtatim obtento, in Bohemiam remeare parat. 105. coll. 112. ſq. Decretum de citando eo adornatum. 113. 119. ſalvus conductus ei indulgetur. 106. prima vice citatur 134. ſq. in itinere verſus Bohemiam Hirſaviæ capitur, Conſtantiam retrahitur, vinculisque injicitur, exemplo Huſſi adhuc ſuperſtitis 143. (T.) coll. 148. (T. 3.) De Hieronymo citando 2da vice, & Contumaciæ accuſando 141. (U.) ſq. coll. (U 3) - 148. tertia vice citando 149. (X.) ſq. captivus ad Conſtantienſe Conc retrahitur, miſerrima facie, per urbem longis ac ſonantibus catenis (quas lictores longa ſerie trahunt) vinctus, manibus poſt tergum ligatis, ducitur, præeunte Ludovico Bavaro. 215. 216. ſq. publice examinatur, & duro carceri mancipatur. ibid. & 217 - - 219. NB. mirandæ reſponſiones ipſius ad ſtrophas adverſariorum, inque his ipſius Gerſonis 217. fin. ad quas

cum

cum tandem clamitarent alta voce: *comburatur, comburatur!* placide reſpondit Hieronymus: *ſi placet vobis mors mea; in nomine Domini!* quocirca Archi-Epiſcopus Salisburgenſis: *Non Hieronyme; quia ſcriptum eſt: Nolo mortem peccatoris, ſed ut convertatur & vivat* &c. 218. miſeriam carceris, victus &c. vid. ibid. Hieronymus ad abjurationem doctrinæ ſuæ aliquoties invitatur IV. (VIII.) 493. 497. prima vice doctrinam Huſſi, Wiclefi & ſuam abjurat 497. fin. ſq. idque ſecunda vice, publice ſolennius 499 - 513. Poſt revocationem, in carcerem, paulo laxiorem, reducitur 532. mœrore carceris perennis, Bohemorum ipſi indignantium literis, conſcientiæ ſtimulis actus, pectoris pœnitentis penetralia ſubinde aperit ac prodit. quod cum increbeſceret, ſuſpectus redditur. Suſpicionem auxit Gerſonis liber: de revocatione in rebus fidei. 533.

Hieronymus Prag. ad Articulos inquiſit. juxta præſcriptum Congregationis de XXIV. Februar. (IV. (VIII.) 615.) formatos examinatur. IV. (VIII.) 629-633. & 634. - - 690. ubi notanda: 641. manu forti ſe defendit aliquando in monaſterio, contra tres monachos, gladio cuidam laico vi erepto: eosque captivos duxit; fatetur hoc, & ex jure inculpatæ tutelæ ſe tuetur. 642. alapam monacho cuidam publice inflixit in platæa (alapiſavit) 668. alium monachum defenſionis ergo cultro aggreſſus. 752. Crimini ei dant judices, quod dixerit: *mures non poſſunt comedere Chriſtum; at quidem hoſtiam conſecratam, Ergo hoſtia conſecrata non eſt Chriſtus* - - hoſtia conſecrata non eſt Deus & Creator, quia Presbyter non poteſt conſecrare (facere) Creatorem ſuum. item. 669. NB. *quod fecit cantilenas Bohemico vulgari ſermone, in quibus textum Biblia expreſſit, & capitula Scr. S. connotavit; quas laici die & nocte palam decantant, ut ſibi ſoli videantur, & non Eccleſia Romana, neque Clerus, S. Scripturam intelligere &c.*

Item contra reliquias docuiſſe inculpatur; *peplum virginis S. Mariæ* (adſervatum in Pragenſi Eccleſia) *non plus in reverentia habendum* & adorandum eſſe, *quam cutis illius aſini, in quo Chriſtus ſedit &c.* 681. Pariſiis in Diſp. philoſophica poſitionem ſubjecit: *quod Deus nihil poſſit annihilare,* unde Gerſon Cancellarius eum ad revocandam hanc hæreſin adigere voluit, at fruſtra. vid. ſupra ad examen primum ante recantationem ipſius, ubi Gerſoni hoc illi exprobranti, reſpondet: Diſputavi de problemate, tanquam Philoſophus &c. Docuit in Academiis, Pariſienſi, Vindebonenſi, Heidelberg. Cracov. fuit etiam aliquandiu Hieroſolymis (681. ſq. 643.) item in Anglia, unde Wiclefi doctrinam hauſit &c. Congregatio Gen. in cauſa inquiſitionis ejusd. 933. Idem paulo ante ſupplicium publice examinatus. d. 23. Maj. 1416. 748. ſqq. idem porro examinatus 754-762. damnatus ad rogum, abſentibus Cæſare & hujus locum tenente Ludovico Bavaro. 763. ſqq. Non deſunt autores, teſtantes Caſparum Schlik. nomine Cæſaris abſentis, palam in publico Concilii (Hieronymum damnantis) conſeſſu adſurrexiſſe, cum in condemnationem ejus omnia inſtrui videret, ac Cæſaris Sigismundi diſſenſum publice ac aperte declaraſſe,

 atque

Digitized by Google

atque ita e medio ipſorum diſceſſiſſe. (conſ. *Huſſi* damnatio) 764. Jacobi Ep. Laudenſis Oratio in rogum Hieronymi. 766. Huſſi & Wicleſi Articulis omnibus ſe immori dixit, præter unum de corpore Chriſti in S. Cœna. 764. crematur cum ſtupenda animi præſentia, & fiducia hoſtibus admiranda 772.

In ejus ſupplicium Oratio publ. Jacobi Epiſcopi Laudenſis. III. (V.) 54. ſqq.

Poggii Florentini Epiſtola peregregia ad Aretinum, de admirabili animi conſtantia in Hieronymo Prag. coram judicio & in buſto. 64.

Theodori Vrie judicium de eo I. (I.) 87. 121. ſqq. 171. ſqq.

Theod. de Niem judicium de eo II. (XV.) 409. ſq. in carcere detinetur, non obſtante ſalvo conductu. ibid. in Concilio recantat fidem Huſſi 415. Recantationis formula I. (I.) 171. ad priorem pro Huſſio confeſſionem publice & magno animo redit. Germanis eſt infenſior 449. 450. ſqq.

Hus & Hieronymus a Germanis informati, ſec. Nimium. 453. Hieronymus crematur Conſtantiæ 1416. 30. May. ad rogum tendens cantavit. *Credo in unum Deum.* 454. addit Theod. de Niem: - - *quousque os potuit aperire, conſtantiſſimus fuit in - erroribus ſuis, in vita & morte*, NB. *Diabolica & damnabili præſumtione, perſeverans.* ib. fin.

Hieronymus retractat recantationem, nec de ullo peccato unquam magis ſe doluiſſe ait, quam doleat de recantatione iſta. in dogm. Huſſi ſe moriturum teſtatur, excepto uno, de præſentia corporis Chriſti in S. Cœna, quam realem cum S Auguſtino amplectitur. I. (I.) 183. ſqq. De Hieronymi buſto quare Hardtius multa aliorum ſcripta miſſa fecerit? III. Prol. 16

Hieronymus 2 menſes poſt buſtum Huſſi, clangueſcit; ut amoris & doctrinæ Huſſi vinculum abſentia vel flammis Huſſi videretur ſolutum. III. (IV.) 39. poſt recantationem, multis pectoris ipſius integritas videbatur ſuſpecta: Hinc diſputatum in Concilio: de revocatione hæreſeos ad ejus maculam abstergendam. Gerſonis Judicium de ea publicatur. 39. ſq. Hinc Hieronymus revocat palinodiam. ib. poſtquam videlicet legerat Gerſonis dictum librum. III. (V.) 53. mox rapitur ad rogum. ib.

Hiſpani. v. Sigismundus. Bened. XIII. Horum amor in Sigismundum Imp. & Capitula Concordata inter eos contra Bened. XIII. Papam, ceſſioni reluctantem. II. (XV.) 433. ſqq. ſubtrahunt eid. Papæ obedientiam. 432. quo facto, confluunt per Legatos, Cardinales, Epiſcopos Conſtantiam ad Concilium.

Iisque jus ſuffragii, tanquam quintæ Nationi, conceſſum. IV. (IX.) 909. De eadem & litibus compoſitis, ratione juris ſuffragandi inter Caſtellanos & Arragones. IV. (X.) 1377. 1386.

Hiſpanica.

Natio. vid. Lit. N. Hiſpanorum c. Sigismundo Concordata vid. *Benedictus.* & in Lit. S. & C.

Hiſtriones.

Vel *Puſunatores*, Scurræ, & horum ſimiles in Concilio Conſt. præſentes adfuere 350. V. (II.) 50. *Curtiſani Papæ* 1500.

Hoffmannus Theol. Lipſienſis.

Scripſit vaſtum opus contra Huſſitas, ex quo allegata. III. Prol. 20.

Ab *Hohenlob* Georg.

Cancellarius Sigism. Cæſ. Epiſcopus Pata-

Digitized by Google

Pataviensis mittitur Legatus ad Ducem Mediolan. IV. (XII. 1510.

Hoſpitii leges.

Conditæ in Conſt. Concilio IV. (I.) 11. aliæ novæ, præſente Cæſare, aucto in immenſum hoſpitum numero (II.) 35. fuere jam primo Conc. anno ultra 30000. equi Conſtantiæ 36.

Johannes *Hugenetti* de Metis.

De reformatione curiæ Rom. graviſſime diſſeruit in Conc. IV. Prol. Ind. 44. ad 4. Aug. 1417.

Humilitas.

Eſt fundamentum perfectionis. I. (III.) 35.

Joh. *Houber.*

Deſcripſit an. 1490. Galteri Codicem Baſileenſem Actorum Conc. Conſt. per Croarium typis editum. IV. Prol. 12.

Huſs Joh. *Huſſita.*

Hic cum Hieronymo Prag. eſt Wiclefita. I. (I.) 87. ſqq.

Wenceslaus Imp. Huſſi defenſor. ib. 122. ſq.

De rogo Huſſi, Theodor. de Niem II. (XV.) 409. Conſtantiam Niemius judicat eſſe: *purgatorium perverſorum* ib. Unio facta per Concilium Conſt. combuſtione Hæreticorum, & dejectione Schismaticorum 410.

Pragenſes tremendi motus ob combuſtionem Huſſi 409.

Huſſitarum invectivæ in Concilium, ob crematum Huſſum 425. Legatus e Concilio ad Huſſitas miſſus in Bohemiam. ib. Huſſi Cineres in Rhenum conjecti. I. (I.) 171. Ejus Adſeclæ: Reges, Duces, Principes, Comites, nobiles, ignobiles. I. (I.) 181. ſq.

Huſſo ad oppugnandam ſedem Romanſam dedit Johannes XXIII. nec Huſſitica Secta ſine Reformatione curiæ Rom. tolli poteſt. Petrus de Alliaco I. (VII.) 306. ſqq. Eædem origines, Wiclefitarum, Mag. Mathiæ Pragenſis, Flagellariorum &c. ex corruptiſſimo Regiminis Eccleſiaſtici ſupremi & inf. ſtatu eruuntur ab Hardtio III. Prol. 6. ſqq.

Huſſo in vincula conjecto, Pragenſes & ceteri Bohemi, eo liberius in corruptelas publicas graſſabantur, quorum præcipuus erat *Jacobus de Miſa* Paſtor Pragenſis, M. Mathiæ anteceſſoris infeliciter repreſſi veſtigia magno cum ſucceſſu premens, jungente ſe illi Academia, Senatu & toto populo Pragenſi, plebique calix reſtituitur. III. Prol. 7.

Quare Hardtius ſcripta Huſſi, etſi MSta. ſibi non defuerint, & aliorum de Huſſo monumenta hiſtorica huic Operi non inſeruerit? nimirum, quia legi ac haberi alibi commode poſſunt &c. III. Prol. 8. ſq. Scripta Huſſi & de Huſſo recenſentur ibid. it. Scripta contra Huſſum ibid. 9. Nummos in Huſſi ſupplicium ea tempeſtate cuſos & fuſos nactus eſt Hardtius, alias edendos. ibid.

Hus non docuit communionem ſub utraque; quin audiens eam a Jacobo Pragæ introduci, in vinculis tunc hærens, indignatus eſt. Poſtea tamen Pragenſes literis eum conſulentes, hortatus eſt, ne impedirent Jacobellum in ea doctrina ſtabilienda, eſſe enim congruam verbo Dei & primitivæ Eccl. III. Prol. 17. fin. De rebus Huſſi cur tam brevis ſit Hardtius. III. (I.) 1.

Jacobi Epiſcopi Laudenſis Oratio in ſupplicium Huſſi coram Concilio habita; ex diſſidiis Papalibus tam longis Schismata dogmatica & Hæreſes, Huſſi proinde etiam dogmata, ſuccreviſſe demonſtrans. ibid. 1. 2-5.

Digitized by Google

Sigillatim de *Huſſo* nota ſq. memorabilia ex Tomo maxime IVto:
Conſtantiam migraturus, Cracovetiæ epiſtolam valedictoriam Bohemis, ipſorum lingua, ſcribit, quæ latine verſa, in Concilio deinde contra ipſum producta. IV. Prol. 17.
Venit Noribergam, ibique Cæſaris ſalvum conductum nactus, publico programmate ſignificat, ſe Conſtantiam ad Conc. tendere. ibid. venit Conſtantiam, Salvum Cæſaris Conductum Papæ monſtrans, adſeveranti, protecturum ſe eum, etſi fratricidium commiſiſſet. IV. (I.) 11. 12. at fracta fide, ſuaſu Palezii, intimi olim Huſſi, & Michaelis de Cauſis, Collegæ Huſſi, hunc carceri tradit, 21. fin. ſeqq. Quod in hoſpitio doctrinam ſuam libere diſſeminaret, citatur ad Papam & Cardinales, qualem ſe ibi geſſerit, & quid reſponderit? 22. Capitur, quantumvis bene eum reſpondiſſe, judices faterentur. ib. extorquetur a Cæſare non impedienda amplius inquiſitio in Huſſum, hinc novo carceri tetriori, injicitur. 32. anſam huic dedit querelarum plena Bohemorum ad Cæſarem de violata fide Epiſtola, qua carcerem primum deprecantur. ibid. ſq. hinc nova querela Bohemorum ad Cæſarem perfertur. IV. (II.) 33. Hus in tertium Carcerem ducitur, & ſcopus Johannis XXIII. in negotio Huſſi ulterius progrediendi per Cæſarem impeditur. 47. Hus novo carceri, Gotlebiæ, injicitur. IV. (III.) 66. Propoſitio de rebus Huſſi & Wiclefi inquirendis a Concilio approbatur, Commiſſariis nominatis. 99. ſq. coll. 118. De Huſſi & Wiclefi rebus, cur per plures menſes inde ab Aprili 1415. nihil vel parum agi potuerit? 137. inter alia: moram rei imponebat Cæſaris ſtudium deponendi ante Papas, & dubia de judice Wicleſiticæ doctrinæ, cujus nomine, an Papæ, an Concilii, an denique utriusque, ſit damnanda illa, quocirca diu fuit diſceptatum. 137. ſq. Huſſum Bohemi ad Concilium literis datis purgant, eo inſonte & inſcio Jacobum de Miſa Communionem ſub utraque introducere cœpiſſe, Huſſo & Hieronymo cum hoc nihil rei unquam fuiſſe, pro liberando eo ex carcere incumbentes. 187. ſq. Congregatio publica contra Huſſum, ejus ſalvum conductum, Bohemos. 208. ſeq. Congregatæ Nationes, de ulteriori interceſſione Bohemorum pro Huſſo, deque ejus ſalvo conductu. 211. ſq. Poſt negotium Depoſitionis Johannis Papæ confectum ſerio in Huſſum proceditur, non obſtantibus libellis ſuppl. Nobilium Bohemorum, & aliorum Conſtantiæ degentium 287 - 290. Bohemi ex *Huſſo* Gotlebiæ in carcere quærunt: quid ſentiret de de Communione ſub utraque? approbavit eam; ſaltem conſcientiis anxiis eſſe per quandam Bullam conſulendum, ſi non ubique introducendum. 291.
Huſſitarum in Concilio declaratio de doctrina ſua 296. Huſſo Articuli XXX. ex libris ipſius excerpti exhibentur, revocandi. 296. idem Conſtantienſi carceri redditur. 306. auditur publice Ima vice ibid. ſq. iterum. 308. ſq. ubi mira ſoliditate argumenta Zabarellæ & al. Cardinalium retorquet 309. 310. idem a Concilio deridetur, tametſi pie & ſancte loquens 311. med. tertio examinatur. 314 - 327. it. 328 - 329. ad revocationem fruſtra invitatur, conſtanter inhærens ſententiis ſuis 327. 329. 330. mor-

mortem finitis examinibus placide exſpectat. 330. per literas Bohemos monet, ne Jacobum de Miſa, vindicem calicis reſtituti, impediant. 342. rogo fruſtra terretur ad revocandum, quod ſuis ſcribit. 342. colloquium memorabile ipſius cum Palezio 342. ipſius libri damnantur 343.

Huſſus dilationem ſupplicii meditandæ mortis æſtimavit ſpatium, eámque meditationem cum amicis communicavit. 343. ſq. mortem poſtridie imminentem absque mutata ſententia exſpectavit, conſtantiam multis epiſtolis teſtatus 344. Confeſſionarius ei indultus 344. ſq. Deputati eum denuo ſollicitant ad revocationem, quam diſerte abnuit. 345. ſq. Epiſtola *Huſſi* memorabilis ſuper hoc conatu adverſariorum ib. & 346. ad abjurationem doctrinæ ſuæ poſtremo invitatur, quam detrectat. 385. ſqq. Epiſc. Laudenſis oratio in ſupplicium Huſſi. hic cum libris, & articulis doctrinæ ipſi impactis condemnatur, & libri ante fores templi, ipſo inſpectante, comburuntur, 389 - 445. brevis anacephalæoſis rerum Huſſi 389 - 391. De Huſſi rogo, combuſtione, cineribus in Rhenum ſparſis. 445 - 452. Gerſon comburendi Huſſi, invito Cæſare, fuit adjutor, quod ſperabat, Joh. Parvum cum doctrina ſua magis peſtifera æque damnatum iri: contrarium cum videret, facti eum pœnituit. 450. De Bohemis per literas de Huſſi ſupplicio docendis 452.

De ſalvo conductu *Huſſi* Cæſareo excuſatur a Concilio Sigismundus, & Decretum fit, ſalvos conductus Cæſaris & Regum non obſtare, quo minus in hæreticos inquiratur IV. (VIII.) 521. ſq. Hus, ſi revocaſſet, a carcere perpetuo idcirco non fuiſſet liberatus. ib. 532.

Huſſitæ, vid. *Wicleſitæ*, *Bohemi.*

Eorum ſigna, NB. iis potius laudi ducenda III. (XIX.) 664 - - 670. quamvis afferantur ab hoſte eorum acerrimo.

I.

Jacobus Ep. Laudenſis

Ejus Orat. in Conc. Conſt. habita: De idea melioris Pontificis. I. (XX.) tot. 931. ſq.

Ejusd. Oratio in Conc. Conſt. in exequiis Cardinalis Barenſis, de honeſta Eccleſiaſticorum vita V. (V.) 115 - 137. Ejusd. Oratio in ſupplicium Huſſi, III. (I.) 2 - 5.

Jacobus de *Miſa (Jacobellus)* alias de *Strziebro.* v. *Communio.*

Ejus Hiſtoria ſuccincta III. Prol. 16 - 24. Ejus Controverſiæ III. (XIV.) - (XXIII.) Non fuit Germanus, ſed Bohemus. III. Prol. 17. doctrinam de communione ſub utraque non didicit ab Huſſo, (qui in vinculis ægre primo eam tulit, poſtea approbavit quidem, non autem docuit) ſed primus tradidit & introduxit, conſtantiſſimeque defendit, quod probatur ex Aen. Sylvio, Jac. Piccolomineo, aliisque ib. & 18. ſq. Petrus Dresdenſis ei ad hoc dogma, Sylvio & aliis teſtibus, fertur anſam dediſſe, ib. Quin potius M. Mathias, tunc forte adhuc ſuperſtes. 20. Rokizana Archi-Epiſc. Prag. ejus magnus propugnator cum Academia, Senatu, populo ib. ſq. alius Paſtor Prag. Sigism. Rzepansky. ibid. 21. fin. ab illo Jacobitæ dicti Bohemi. 22. impugnatores ejus acerrimi; D. Broda & Mauritius de Praga. 20. 21. Ejus cetera ſcripta cur Hardtius omiſerit? 21. fin. ſqq. ſubjecit tamen

Digitized by Google

Tomo III. fin. Ejus veram exiſtentiam corporis & Sangv. Chriſti in S. Cœna. III. (XXIII.) 884. ſq.

Quoniam enim inter ipſos Bohemos diſſenſus exiſtebat, communicantium ſub utraque, quibusdam cum Wiclefo veram præſentiam corporis & Sanguinis Chriſti in S. Cœna negantibus, aliis affirmantibus, Jacobellus edito *libro de vera exiſtentia corporis & ſanguinis Chriſti in S. Cœna*, nec transſubſtantionem adſtruebat, nec Wiclefum, quoad exiſtentiam corporis Chriſti in Sacramento, a ſe diſſenſiſſe, quin ſuaviter ſecum conſpiraſſe, demonſtrabat. III. (XXIII.) 884-933. Martinus V. menſe Nov. 1417. creatus Edictum pro inquiſitione in Wicklefi, Huſſi & Hieronymi, inpr. autem Jacobelli ſectatores publicat, commemoratis quibusd. Scriptis Jacobelli, Hardtio nondum viſis, quod Jacobello maxime novum illud Huſſitarum negotium deberetur. III. (XXIII. 933.

Jacobi de *Miſa* negotium Euchariſticum primum cœpit Pragæ m. Majo 1415. Bohemis. d. 13. Maj. Huſſum purgantibus tanquam rei inſcium, & pro eo ex carcere liberando deprecantibus. IV. (III.) 187. ſq. Congregatio publ. contra Joh. Huſs, Jacobum de Miſa &c. 208. ſq. IV. (IV.) 331. Huſs ſuos Bohemos per literas monet, ne Jacobum, calicis reſtituendi vindicem, impediant. 342. Gerſon exhibet Concilio conſilium de controverſia Jacobi de Miſa ſuper commun. ſub utraque componenda. IV. (XI.) 138.

Multo majores motus cientur ex hoc Jacobo, quam ex Huſſo & Hieronymo. Hus in carcere Conſtantienſi diu nihil reſcivit de negotio Jacobi, communionis ſub utraque introductæ, qua cognita, admiratus eſt, & tandem, perlectis & expenſis Jacobi fundamentis, rem approbavit. Et veroſimile eſt, Huſſi memoriam citius futuram fuiſſe extinctam, ni Jacobus de Miſa nova materia rogum Huſſi aluiſſet, novaque Huſſitis ex communione ſub utraque dediſſet fidei arma &c. vid. Hiſtoriam hujus Controverſiæ, in infinita ſcripta (quæ Hardtius non niſi ad Ann. 1418. ſq. perſequitur) diffuſæ, & tandem bella cruentiſſima. III. (XIV.) Pr. 335-338.

Anonymi Theologi longa Epiſtola elenchtica ad Jacobum de Miſa, ex antiquo Volumine Miſcell. Colonienſi, & antiquo MS. Helmſtadienſi longe integriori, in parallelíſmo expoſita. III. (XIV.) 338. ſq.

Andr. Brodæ Diſp. contra eundem. III. XV.) 382. ſq.

Jacobi de Miſa Vindiciæ contra Brodam, pro communione ſub utraque. III. (XVI.) 416-585.

Theologorum Concilii Conſt. Concluſiones VI. contra Jacobum de Miſa adſerentem Communionis ſub utraque neceſſitatem; ex quibus deinceps ſententia condemnatoria eſt deſumta. III. (XVII.) 586. ſq.

Jacobi de Miſa Apologia pro Comm. ſub utraque contra iſtas 6 Concluſiones. III. (XVIII.) 591. ſq.

Decretum Concilii Conſt. ex iſtis 6 Concluſionibus contra Jacobum de Miſa & communionem ſub utraque 646. ſq. cum Refutatione maſcula Jacobi de Miſa. 648-657.

Anonymi Confutatio Jacobi de Miſa & Comm. ſub utraque III. (XIX.) 658-762. urget, Eccleſiam Dei non poſſe errare, nec per mille fere annos (cum V. Seculis primis concedat comm. ſub utraque fuiſſe) in

Digitized by Google

in tanto errore tot ac tantas columnas Eccleſiæ verſari potuiſſe in doctrina de Sacramento. 661. ſq.
Univerſitatis Pragenſis Confeſſio ſub Concilio Conſt. edita de Communione ſub utraque. III. (XX.) 762. ſeqq.
Joh. Gerſonis Conſilium publicum, cauſam Jacobi de Miſa & Bohemorum, quoad Communionis ſub utraque neceſſitatem, uberius diſcutiendi. III. (XX.) 766. ſq. NB. cautius & modeſtius adverſarios tractat, (multa illis indulgendo) quam pro voto Concilii, ideo id jubet Mauritium de Praga calamum acrius ſtringere in Jacobellum, quod fecit Tractatu Imo. III. (XXI.) 780 - 803. & IIdo, contra Jacobi de Miſa ſolidam Demonſtrationem neceſſ. Comm. ſub utraque ex Script. S. & primis Patribus. III. (XXII.) 805 - 882.
Ignorantes idioma, Clerici.
De his amovendis agit Reformatorium Conſt. I. (X.) 622. ſq.
Imagines: Imperatorum, Electorum, Ducum, Principum: it. Paparum trium:
Sigiſmundus Imp. I. init. Labores Herculei ejusd. Conciliares repræſentati. ibid.
Wenceslaus, frater Sigiſm. antea Imp. poſt. Rex Bohem. III. poſt Prol.
Leopoldus M. I. init. Joſephus, tunc Rex Rom. & Boh. II. init.
Johannes XXIII. Papa depoſitus. al. Balthaſar Coſſa IV. (I.) 28. monumentum ipſius, Florentiæ conditum, ibid. Emblema in eundem præcipitatum in nivem & foſſam ex carro, malo omine. II. (III.) 163. Ejusd. Schafhuſam fugientis miſera imago cum emblemate. II. (IX.) init. 245. captivi Heidelbergæ II. (XVI.) 463. captivi Manhemii. II. (XIV.) 303. Gregorius XII. c. monumento. IV. (IV.) fin. Martinus V. cum Epitaphio. IV. 1457.
Rudolphus III. Elector Sax. in Concilio præſens V. init. Tab. 26.
Albertus III. Elect. Sax. ex Gente Aſcania ultimus. V. init. Tab. 27.
Fridericus Bellicoſus, Elect. Sax. V. init. Tab. 28.
Fridericus I. Elector Brandenb. arduis rebus Concilii Conſt. ſemper præſens, ob merita inveſtitus Electoratu Conſtantiæ a. 1417. V. init. Tab. 29.
Adolphus, Dux Cliviæ, ex Comite in Concilio Conſt. creatus V. init. Tab. 30.
Amedeus VIII. Dux Sabaudiæ, in Concilio Conſt. ex Comite creatus a Concilio Baſil. Papa electus. poſtea ſponte Papatu cedit, Cardinalis Sabaudiæ charactere contentus. V. init. Tab. 31.
Erneſtus Dux Auſtriæ V. init. Tab. 32.
Fridericus Senior, Dux Auſtriæ, Protector & deinde traditor Papæ Johannis XXIII. IV. (I.) fin.
Rudolphus Auguſtus, Dux Brunſv. & Lun. I. init.
Imagines Cardinalium quorundam, Virorumque doctrina, meritis, fatisque ſuis illuſtrium, it. Ducum belli &c.
Johannes Huſſus. III. init. poſt Pr. Ejusd. combuſti, regionumque & judicum &c. repræſentatio ibid.
Johannes Ziska, Bohemus, Dux Bohemorum, ſupplicii Huſſitici vindex ibid.
Procopius Raſus, Bohemus. Ziskæ cognatus, Dux Bohemorum in Bello Huſſitico ibid.
Johannes Rokyzanus, Archi-Ep. Pragenſis, Bohemorum Fautor. ibid.

Hieronymus Pragenſis. III. (V.) 54.
Johannes Wiclef, Anglus D. & Prof. Th. Oxonienſis. cujus ſcripta damnata in Conc. Conſt. an. 1415. oſſa ſepulchro ejecta & combuſta an. 1428. obiit An. 1387. III. (XII.) 170. Joh. Gerſon. VI. 57.
Johannes Franc. Poggius, Florentinus, Hiſtoricus, Secretarius Pontificis, Philologus & Orator inſiſignis in Conc. Conſt. III. (V.) 66.
Hermannus von der Hardt. VI. 342.
Franz. Zabarella, Card. Florent. autor Concilii univ. Conſtantiæ habendi. in Concilio poſt magnos labores, ex nimia vocis, animique & viriumcontentione obiit a. 1417. IV. (I.) init. ante tit.
Emblemata & Proſpectus Urbium, Bibliothecarum &c. it. factorum quorund.
Conſtantiæ plenior proſpectus. IV. init. poſt rubrum. & I. (I.) cum lemmatibus.
Brunſviga, in fronte Præf. ad I. (I.) init. item I. (XIII.) init.
Helmſtadium II. (I.) & I. (XIII.) init.
Heidelberga cum facie miſera captivi ibi Johannis XXIII. & Emblemate II. (XVI.) 463. Lipſia I. (XV.) init.
Berolinum II. (XXI.) 589.
Wolfenbüttel. I. (II.) init. Norimberga I. (IV.) init. Vindebona Auſtr. I. (VII.) 273. Bibliothecæ Cæſar. repræſentatio I. (X.) init. 555. it. 854. Gotha I. (XXII.) 996. Cantabrigia I. (XXVII.) 1117.
Colloquium Laudenſe VI. 56. vid. Tom. V. init. & *Inſignia*.
Imburſatio, artes imburſandi I. (XII.) 741. fin.
Imperium Germ. & *Imperator*.
Utriusque jura & Maj. ſuprema contra Paparum fraudes vindicantur ex antiquo MS. I. (VII.) 311. ſq.
Imperii Rom. enervatio per Pontifices, gladius Cæſari extortus &c. I. (I.) 78. ſq. & I. (V.) 132. ſqq.
Imperat. Majeſtatis jura. I. (I.) 115. ſq. convocandi concilium ib. 154. & gubernandi resConcilii II. (VII.) 184. ſq. Eccleſia Imperii jura invaſit. I. (III.) 49.
Imperium olim non pependit a Papa, neque huic Imperatores jurarunt, nec ea indulſerunt, quæ poſtea arroganter ille ſibi ſumſit. I. (V.) 92. Gerſon.
De ſumma autoritate Imperatoris convocandi Concilium & componendi res Eccl. Gerſ. I. (V.) 98. ſqq. 115. ſq. Imper. Ottonis jura exercita in Conciliis habendis & Papis removendis. id. 99. 100. it. Henrici II. ac aliorum. 100. 101. item 106. 118. Clerici peccantes ſunt ſub jurisdict. judicum ſecularium. item Papæ peccantes 102. Clerici gravius plectendi ſunt, quia gravius peccant. ibid. Vacante Imperio, jus convocandi redit ad Reges, Principes, immo cives, ruſticis, & *minimam denique vetulam*. 119. Imperatoris majeſtas eſt ſupra Eccleſiaſticos. eſt a Deo. ib.
Imperium Rom. per Papas fuit debilitatum, idem Gerſon toto Capite I. (V.) 132. ſq.
Imperii & Imperatorum, Regum, &c. jus & officium convocandi concilium & reformandi Eccleſiam, Henr. de Langenſtein II. (I.) 11. 12. ſq.
Theodorici *Niemii* Opus: *de jure inveſtituræ*, quatenus Imperatori competat jus conſtituendi Pontificem Summum, ejus MStum egregium tenet Ven. Hardtius, IIdæ horum Actorum Editioni reſervatum. II. Pr 19.
Jus Cæſari vindicant, ciendi & gubernandi Concilium resque Eccleſiæ, Cardi-

Cardinales in Congregatione Concil. Piſani II. (VIII.) 202.

Imperatores multi Papas ſede moverunt, Otto I. Henricus II. &c. demonſtrat id Ben. Gentianus JCtus. II. (XI.) 283.

Imperio Germ. regnum Burgundiæ jure vindicandum, uti & Italia. II. (XV.) 7. ſq. item Bohemia 451. ſq. judice Niemio.

Principum curam & jura circa Eccleſiam Univerſ. in unione conſervandam, tuetur Gerſon. I. (V.) 70. ſq. Chriſtus civile imperium non affectavit, fuit potius cum Petro & Apoſtolis ſub jurisd. Principum 78. ſq. Decretalium ſexto & Clementinis Papæ Imperatoribus & Princip. jura ſua ſubtraxere. id. 77. ſq.

Impoſſibilia.

An ad ea nos Deus obliget? exponit Jacobus de Miſa. III. (XVI.) 442. ſqq.

Indulgentias

Papæ credere, eſt fatuum. Wicleſitheſis refutata a Conc. Conſt. III. (XIII.) 324. ſq.

De Indulgentiis fuſe Anonymus contra Jacobum de Miſa III. (XIX.) 686 - 690. earum copia ante Concilium Conſt. I (I.)

Indulgentiarum Quæſtores, jus, uſus, ſcopus, juxta Gloſſatorem Regularum Cancellariæ Ro. I. (V.) 214. ſq. earum multitudo refrenanda. Reformator. Coll. Decret. I. (XII.) 752. fin. ſq.

Inſignia

Imperatoris, Regum, Duc. Electorum, Marchionum, aliorumque Principum, item Comitum, Baronum, Equitum, Nobilium, Academiarum, Civitatum, item. 4 Pontificum, 4 Patriarcharum, Archiepiſcoporum, Cardinalium, Epiſcoporum aliorumque Abbatum & Prælatorum, Magiſtrorum & Commendatorum Ordinum, præſentium in Concilio Conſt. &c. vid. Tabulis XXV. æri inciſis V. init. Aglorum equitum inſignia Tab. XI.

Johannes Naſſovius. vid. *Moguntinus* El.

Johannes Parvus (Jean Petit) vid. Lit. P.

Johannes Patriarcha Antioch.

Præſens in Conc. Conſt. edidit ſcriptum: De Concilii Gen. autoritate ſupra Papam, inde excerpta quædam VI. Prol. 19. ſq. Idem, Papæ Johanni fugitivo quodammodo patrocinari viſus, quæſtionem eandem: utrum Papa Concilio ſubjiciatur, peculiari poſtea ſcripto, negative ventilavit Reprehenſus eo nomine & confutatus a Petro de Alliaco, non aſſerendi ea, ſed diſputandi animo, ſcripſiſſe ſeſe, cauſatus eſt. II. (XIII.) 296. coll. VI. (II.) 12. 59. 63.

Johannes XXIII. Papa, alias *Balthaſar Coſſa.*

Fuit hic præcipua perſona in Concilio Conſtant. & antea jam Piſani & Romani, theatro, hinc per omnes VI. Tomos horum Actorum facta ipſius turpia, artes miræ, miſeraque tandem fata ſparſim operoſe deſcribuntur, ut proinde rerum diffuſarum a tot autoribus auctam copiam aliqua ratione in ordinem redigamus, recenſebuntur: A, paulo uberius, ex Theodorici de Niem, ipſius Johannis & multorum præcedd. Pontificum Secretarii, vita & fatis Johannis XXIII. heri ſui, accurate deſcriptis II. (XV.) 336. ſq. potiora momenta, inde a primis juventutis iſtius Papæ initiis repetita, & ex Actis in Concilio Piſano ad ultimum miſerrimum ejusd. vitæ ſceleratæ exitum deducta ſequentia:

Earum cœtus, non ſunt ſodalitia virginum piarum, ſed lupanaria, - - Veneris execranda proſtibula, laſcivorum & impudicorum juvenum ad libidines explendas receptacula; ut idem ſit puellam velare, atque ad publice ſcortandum exponere. Clemangius. I. (III.) 38. fin. moniales monachorum imperio eripiendas, ob turpia peccata; Quibus commendandæ? Gerſ. I. (V.) 94.

Muſica, Muſicus.

Muſica eſt res præclara, ſed Muſici non nimis laute alendi. vulgo lautius in Eccleſiis aluntur, quam boni viri Eccleſiaſtici. Ullerſton Anglus I. (XXVII.) 1160. ſq.

N.

Narbonenſis Tract.

Inter Sigismundum Imp. & Regem Arragon. II. (XV.) 415. urgent hanc contra Sigismundum Imp. & Nationem Germ. Cardinales I. (XX.) 900.

Nationes Gall. Angl. Germ. Hiſpan. vid. Litt. *G. A. H.*

De *Nationibus* V. in Concilio Conſt. earum jure &c.

Petrus Alliacenus VI. (II.) 37 - 43. collegia hæc ſunt præter conſuetudinem Conciliorum priſcorum inſtituta, laudanda tamen. 40. 42.

Nationum IV. (dein V.) in Concilio Conſt. jus ſuffragii, & autoritas in Concilii rebus definiendis per ordinatas conſultationes &c. II. Prol. 20. ſq. II. (VIII.) 230. ſeq. Vta Natio, Hiſpanica in Concilio conſtituitur. I. (I.) 204.

Navarræ Rex

Per Legatos Concilio unitus, cum omnibus Eccleſiis IV. (IX.) 1029. 1076.

Regis *Neapolitanorum* & al. Principum

Legati adeunt Concilium rogantes, ut ſuos heros, heras, ditiones ſibi commendatos habeant, offerunt obedientiam præſtandam novo eligendo Papæ, cui ſe mancipant *ſervitores & Vaſallos* &c. IV. (VIII.) 559. 560. (IX.) 861.

Neceſſitas

Abſoluta: omnia ejus lege eveniunt. theſis imputata Wicelefo III. (XII.) 191. ſq. (XIII.) 274. ſq.

Neſtorius - ani

Ad evitandam hæreſin Neſtorii, Mater Eccleſia vetuit communionem ſub utraque, utpote quam hi hæretici & Pelagiani exercent III. (XIV.) 371. item III. (XV.) 404. & 405. hic circa fin. Neſtorius, Pelagius & alii hæretici, Bohemi quoque ex pura malitia ſub utraque ſpecie communicant, cum S. Cyprianus & Donatus, ac ceteri S. Patres idem fecerint ex pia ſimplicitate & devotione &c.

Neſtorius

Humaniſſime ab adverſariis tractatus II. (I.) 1.

Netterus Thomas

Anglus. impugnator Huſſi & Wicleſitarum acer, nec minor Papæ & curiæ hujus corruptæ I. (IX.) 501.

Nicolaus V. Papa

Ejus laudes, ex Wimphelingio I. (V.) 179. ſq.

Niderus Joh.

Orator celebris Concilii Baſileenſis laudatur tanquam teſtis Verit. I. (V.) 167. ſq.

Theod. de *Niem.*

Weſtphalus, Secretarius multorum Paparum, uſque ad Joh. XXIII. Ejus, magni reformandæ Eccleſiæ vindicis, Opus in ipſo Concilio C. editum:

editum: *de Neceſſitate ſumma Reformationis Eccleſiaſticæ in capite & membris* I. (VII.) perperam Hardtius tribuit Alliaco, quem errorem ipſe correxit I. Prol. 28. 46. & I. (VII.) 484. fuit ſcriptor ſedulus, gravis, acris & fidei apud omnes, Gallos, Italos laudatiſſimæ, ſed calamum deſiderant molliorem. II. (XIV.) Pr. 302. Ej. Invectiva in Johannem XXIII. Ej. Vita & Fata Johannis XXIII. II. (XIV. & XV.) tot.

Norimberga

Ejus decor laudatus Sylvio I. (V.) 194. ſq.

Norimb. Burggr. Fridericus vid. Lit. *F.*

Notarii

Quomodo examinandi I. (XII.) 689.

O.

Olomucenſis Eccleſia

In Commendam datur a Concilio Conſt. IV. (IX.) 1013. 1614.

Orationes

In Seſſionum Exordiis vel alias ſolenniter habitæ longe plurimæ. ad Cæſarem & Papam Johannem, nec non ad totum Concilium: *de pace ac unione* Eccl. vid. Tomo II. De Reformatione Eccl. Tomo I. ubi & Inaugurales (in Electum Mart. V.) funebres (v. g. in Zabarellam, Regem Arrag. &c.) in ſupplicium Huſſi ac Hieronymi Tomo III. Orationes & Alliaci vid. ſub horum rubro. plures leguntur in ipſorum operibus, & ſervat apparatu MSS. Hardtius. vid. & V. (V.) 108. ſq. & conf. *Conſtantienſe* Conc.

Ordo Teutonicus v. Cruciferi

Orientales Linguæ vid. Lit. *L.*

Otto Elector Trevirenſis

Vir pius, literarum & veræ religionis fautor ſtrenus, at ſine ſucceſſu Clerum ſuum reformare tentavit. laudes ejus ex Nidero, Bucelino &c. I. (V.) 164. & ex Petro Cratepolio. 240. ſq.

P.

Paderbornenſis Epiſcopatus.

Mire laceratur ab Epiſcopo Wilhelmo de Monte, qui ne legere quidem literam germanicam poterat II. (XV.) 428. ſq.

Pagani

An armis ad Chriſtum ſint convertendi, eorumque bona ſint invadenda? Controverſia Polonorum cum Cruciferis Pruſſis, his affirmantibus & facto probantibus in fraudem Regis Polon. illis negantibus, agitata magno certamine in Concilio Conſt. Hiſtoriam & Scripta in cauſa utrinque edita recenſet Hardt. III. Prol. 13. Infideles ſunt Chriſti oves III. (II.) 14. 23. cur Papa non plectat gentiles, ſi in naturæ jus peccent. 16.

Palatius

Sæpe allegat in Monarchia Sacra, Acta MSS. diri Schiſmatis Papalis in XXX. Voll. in Vaticana latitantibus. II. Prol. 10. 11.

Stephanus *Palez* Prof. Th. Prag. Huſſo olim familiaris, poſtea acerbus adverſarius, ſcripſit: *Anti-Huſſum.* cum Michaele de Cauſis Parocho Pragenſi autor eſt Cardinalibus in Concilio conjiciendi Huſſum in carcerem, & mox vincula. IV. (I.) 21. fin. 22.

Papa ſeu Pontifex Rom. vid. Concilium.

Concilium Generale eſt ſuperius Papa in rebus ad totam Eccleſiam attinentibus II. (VIII.) 212. Gerſon. Orat. it. II. (XI.) 277. Pariſienſes.

Digitized by Google

Papæ, tanquam Vicarii Chriſti, Sponſi Eccl. alia eſt ratio, quam ipſius Sponſi Chriſti; Chriſtus Sponſæ non poteſt repudium dare; ſed Papa & Eccleſia ſe mutuo poſſunt abſolvere & repudium dare. II. (X.) 272. item II. (XIX.) 573. Sine Papa Eccleſia per ſe ſubſiſtit, viribusque Spiritus S. ſuſtentatur, ſeque reformare & perficere poteſt. 271. Papa tenetur audire Eccleſiam, & ſi contumaciter recuſet, eſt pejor pagano ibid. fin. Si Papa nolit convocare Eccleſiam, ipſa ſe convocat, & res totius corporis ſaltem concernentes, dijudicat & definit. Gerſon Cancell. Pariſ. Orat. publ. ad Concilium Conſt. II. (XI.) 271-274. Papa non poteſt diſſolvere Concilium. ad id citabilis. ibid.

Papam antecellit Eccleſia, (repræſentativa in Conc. Generali) eſt magis neceſſaria, melior, dignior potentior &c. Papâ vid. *Eccleſia* II. (XI.) 274. argumenta Acad. Pariſ. it. 277. ſq. idem demonſtrat & alia huc pertinentia Gerſon Orat. II. (XVI.) 475. 476. ſq.

Papas Imperatores depoſuerunt, Henr. II. Otto I. 283. ſq. quod demonſtrat Bened. Gentianus in Concil. Conſt. magnus JCtus.

Hactenus de Papa dicta, doctius quam pro ævo ſuo, deducit Gerſon, Demonſtratione publice in Conc. Conſt. facta: Petrum de Luna eſſe Hæreticum, & Papatu dejiciendum. II. (XIX.) 566. ſq. ubi v. g. Papa eſt *filius Eccleſiæ*, quantumvis legitime electus, & eſt frater uniuscujusque Chriſtiani, etiam viliſſimi Laici, quia ſi unum habemus patrem in cælis, ſi unam matrem Eccleſiam - - conſtat, quod omnes mutuo ſumus fratres, unde omnes oramus: *Pater noſter* &c. 570. ſq.

Papa non ſemper ex una natione eligendus, ſic nec Cardinales. II. (XX.) 584. ſq.

Papæ officium, dignitatis onus & momentum graphice deſcribit Clemangius Epiſtola ad Benedictum XIII. I. (II.) 22. 23. ſq. Papæ Patronos Eccleſiæ & Eccleſiam ipſam juribus priſcis ſpoliarunt. id. ibid.

Quomodo & an a Papa poſſit rite appellari in rebus fidei? ſcriptum Gerſonis editum, cum Poloni & Galli in cauſa Joh. Parvi, appellationem interponerent, a Martino V. damnatam, ſed a Gerſone defenſam, ejusque librum: Diſcuſſio adſertionis (Gallorum) quod Paſtori in ſententia etiam injuſta debeat obediri. it. IV. Prol. Ind. ad 23. Febr. 1418.

Papa non eſt caput Eccleſiæ univerſalis, ſed membrum. Gerſon. I. (V.) 70. ſq. de Papæ autoritatæ atque poteſtate id. ibid. 74. ſq. Leges Papales tamdiu valent, quam diu publica res per illas non patitur detrimentum; quod ſi exiſtat, Papa aut Prælatus debet removeri; immo ille citius, quam hic. 75. 76. Papa non eſt ſanctus, nec Angelus, nec immunis ab errore, ſed homo. 77. Chriſtus, Petrus & Apoſtoli fuere ſub jurisdictione Principum, nec Chriſtus affectavit civile imperium. 78. 79. ſeqq. Sedes papalis, ſeu Cathedra Petri non eum facit ſanctum, ſed ſi ſe malum moribus comprobet, eſt filius perditionis, & pejor Diabolo; & ridiculum eſt, de ejus farinæ uno mortali dicere: quod habeat in cœlo & in terra poteſtatem ligandi & ſolvendi. ibid. & 80. Apoſtoli in Symb. Apoſt. non dixerunt: *Credo in Sanctum Papam.* 86.

Digitized by Google

Papæ cum Epiſcopis in Eccleſia primitiva æqualis fuit poteſtas. 90. fin. ſq. horum poteſtas per Papas fracta, adque Rom. curiam omnia jura Epiſcoporum tracta. 91. 124.
PecuniariarumPapæ conſtitutionum aeris cenſura Gerſonis I. (V.) 122. ſqq.
Papæ reſervationes ſunt rapinæ manifeſtæ 125. 128. ſq. quod non capit Chriſtus, rapit fiſcus 134.
Papalis titulus: *ſervus ſervorum Dei,* notatur. 135. ſq. Gregorius M. primus eo titulo vere uſus eſt. at noſtri Papæ mentiuntur in titulo. 137.
Papæ ſigillum, in quo duo Capita, Pauli & Petri, ominoſum. I. (V.) 138. ſq. Ejus genuinum officium. 139.
Papæ exactionibus diriſſ. Annatarum ſe opponunt Galli Ordines cum Rege, urgentes, eum eſſe Eccleſiæ Miniſtrum, non Dominum. I. (V.) 144. etiam Germani, defendente eas, & opulentiam ejus neceſſariam Æn. Sylvio I. (V.) 185-210. inpr. 203 - 206.
De jure & autoritate Concilii in Papam, res fidei, morum, diſciplinæ &c. fuſiſſime ſcripſit, & agmen tot ſuperiorum teſtium claudit Andreas Ep. Magorenſis, libro vaſto; *Gubernaculum Conciliorum,* dicto, qui totus ex MS. Helmſtadienſi exhibetur VI. (IV.) 140 - - 333. Gerſonis, Alliaci, aliorumque argumenta pro autoritate Concilii ſupra Papam repetit & ſua addit, ita fuſe, ut qui hunc legerit omnes ceteros legiſſe videatur. vid. inpr. 299 - 333.
Ad Papam (vid *Petrus. Eccleſiaſt.* poteſt.)
„ Eccleſia ſe habet, ut formalis cauſa. „ Poteſtas enim Papæ eſt informabilis & dirigibilis per regulas „ Eccleſiæ. Unde patet, quod „ illud verbum: Nemo poteſt dicere Papæ, cur ita facis? vel ſimile, Generale Concilium non „ comprehendit. Et licet de his „ hactenus fortaſſe fuerit dubium „ apud aliquos, jam tamen, ut „ nemini liceat dubitare, ſuper hac „ materia fuit facta Declaratio per „ Eccleſiam in Concilio Conſtantienſi, ad diem VI. Apr. 1415. „ ſub hoc tenore: Generalis Sy- „ nodus in Spiritu S. legitime congregata &c. vid. reliqua VI. Pr. „ 7. ex Joh. de Segovia. Concilio ſubjectus eſt Papa, qui dici- „ tur Caput miniſteriale Eccleſiæ. „ idem ibid. 8. vid. omnino, rubrum: *Concilium* circa fin.
Inprimis huc ſpectant ſcripta Alliaceni & Gerſonis de Poteſtate Eccleſiaſtica VI. (II.) 15. ſq. præſertim 55. ubi probatur: quod plenitudo poteſtatis Eccleſiaſticæ non reſideat in Papa. it. 59 quod Papa ſubſit judicio Concilii gen. Papa & Epiſcopi non ſunt Domini, ſed adminiſtratores bonorum Eccleſiaſt. 43. ſq. Ejusd. plenior probatio autoritatis Concilii in Papam, 68-77.
Papa debet deponi, quo caſu & per quem? VI. (II.) 46. fin. ſq. Papa Profeſſionem debet facere, & quam? 50. jus eligendi Papam penes quos? 23. ſeq. it Gerſon. VI. (III.) 113. Alliacus urget: Papa eſt pars Concilii, quod ſpectatur ſicut totum. Omne totum autem eſt majus ſua parte, Ergo Concilii eſt major autoritas quam Papæ, & hic illi ſubeſt. ibid. 56. &c. 64. idem urget Gerſon VI. (III.) 97. init. Sicut Papa renunciare poteſt Papatui, & dare libellum repudii Eccleſiæ, etiam ſine culpa ipſius ſponſæ, licet hoc facere

Digitized by Google

cere non debeat ſine cauſa: Sic Eccleſia poteſt hunc vicarium ſponſi ſui dimittere & ei libellum repudii dare, etiam ſine culpa ipſius, licet non ſine cauſa 98. Sex caſibus Papa poteſt deponi ex culpa ſua, aliis ſex Caſibus deponi poteſt Papa ſine culpa ſua, licet non ſine cauſa, Gerſon, *de auferibilitate* Papæ ab Eccleſia. 99.

Papæ primatus ſplendor, opulentia neceſſaria, Aen. Sylvius I. (V.) 203-208. ſq. Papa eſt Imperator Chriſtiani Exercitus, & Rex ſapiens. id. ibid. 206. eſt major Concilio, quicquid prematis, ferendum, nec ab eo appellandum. 209. 210. *licet*, inquit Sylvius, *vix ferendum a Sede Ro. jugum nobis & Principibus imponatur, jugum feramus, & pia devotione toleremus* 210. med.

Papa, cur dictus *Cancellarius Chriſti?* 213. Papa non infallibilis, ſicut nec Petrus. nemo ſanctus, quia Papa. Canoniſtæ litigant: an Petri ſedes eum (Papam) ſanctum inveniat, an ſanctum faciat? Petrus de Alliaco I. (VII.) 277. ſq. Papa non eligitur ea vi Spiritus S. qua electus eſt Mathias ab Apoſtolis. Papæ titulus *Sanctiſſimus* conſtat, non re, ſed uſu. 278.

Papæ exſpectativæ, diſpenſationes &c. damnantur eidem 294. ſq. idem.

Papalis Curiæ ſumma corruptio I. (VIII.) 414. ſq. id.

Papæ & ejus curiæ ſummam corruptionem & ejus fontes demonſtrat Rich. Ullerſton Anglus in Petition. quoad Reformationem Eccleſiæ militantis. I. (XXVII.) 1126. ſq. - 1170.

Papæ juramentum, quale eſſe debeat ante Coronationem, nim. Bonifacianum I. (X.) 586. ſq. it. I. (XI.) 655. ſine conſenſu Cardinalium nihil magni agere debet Papa. Reformatorium Coll. 589. ſq. nec ſine Conſenſu Concilii univ. 591. ſq. Papa etiam ob aliud crimen & ſcandalum, quam hæreſin, poteſt deponi. ReformatoriumColl. I. (X.) 595. ſq. it. I. (XI.) 658. Papæ Curia & Officiales quomodo reformandi id. 597. ſq.

Papæ diſpenſationes quoad conſecrationem Eccleſiaſticorum abolendæ I. (X.) 614. it. ad incompatibilia & pluralitatem beneficiorum ibid. ſqq.

Ejusd. caſus reſervati 631. Conſecrationes & alia Pontificialia fiant gratis 633. Papa Eccl. bona non perdat, ſed recuperet. I. (XI.) 656.

Propter quæ crimina Papa, & quomodo poſſit deponi? circa hunc Art. XIII. Reformationis Curiæ Rom. in Conc. Conſt. datæ, vulpina pelle inductus Papa τὸ ἐπέχειν ſuſtinet, verbis: *non videtur, aliquid novi idcirca ſtatui debere.* I. (XXIII.) 1032.

Papæ Reſervationes ib. 1022. it. Benedicti XIII. Conſtitut. 1020.

- - Diſpenſationes, idem Martinus V. omnes revocat, niſi illas, quæ ſecundum c. *cum exeo.* factæ ſunt. I.(XXIII.) 1032.

Sunt *Papæ* Petro diſſimiles:

Non legitur hic gemmis, ſerico &c. ornatus, multo milite ſtipatus, urbes, caſtra & oppida circumvolaſſe, viros nobiles & ignobiles captivaſſe &c. Non niſi Paſtor fuit, oves paſcens, non ferro, ſed verbo. I. (I.) 78. ſq.

Papæ ſunt præcurſores Anti-Chriſti, cum cauſa ſint enervationis & deſtructionis Imperii, & Cæſarum, qui iſtorum velut mancipia facti, nec multis Seculis exſtitere, qui Romæ oſtenderunt, ſe eſſe Imperatores

ratores, præter Carolum IV. & hujus filium Sigiſmundum. I. (I.) 79. ſq.

Paparum Schiſmaticorum ſe invicem excommunicantium longus Ordo per multa Secula. I. (I.) 99 - 103.

Petrus de Cerbario, Papa, habuerat uxorem, qua clam repudiata, intrudit ſe in Pontificatum. inde dejectus cogitur uxorem recipere. I. (I.) 103.

Papæ Officia exponit Andr. Laſcharis Orat. ad P. Johannem XXIII. II. (V.) 179. ſq.

Paparum vitia vivis coloribus depingit Clemangius I. (III.) 7. ſq.

Papæ electio a Cardinalibus eſt per diabolum invecta. theſis Wiclefi. III. (XII.) 208. Papa poſſeſſiones habens eſt hæreticus, eid. imputata theſis 202. non eſt immediatus Vicarius Chriſti & Apoſtolorum. id. & contra eum diffuſa condemnatio Concilii Conſt. III. (XIII.) 309. ſq. 318. ſq.

Papa poteſt errare, & ſæpe erravit graviterque lapſus eſt, quod Henr. de Haſſia probat II. (I.) 29. ſq. eſt Concilio inferior. ib.

Olim conſtitutus eſt per Imperatores, deinceps per Cardinales Id. ibid. 34. it. 40. debet eſſe unus, non duo vel tres. II. (I.) 46.

Papæ reſervationes beneficiorum, Camera Apoſt. Exſpectativæ &c. Clemangio deſcriptæ I. (III.) 8. ſq.

Gerſon teſtatur, Papæ glorianti, quod pedibus ſuis conculcaret cervicem Imperatoris, hunc retudiſſe arrogantiam, verbis: *non tibi, ſed Petro.* VI. (III.) 116. ſq.

In *Papæ* curiam Satyræ vid. Lit. *S.*

Papæ Reſervationes conf. Lit. *R.*

De his abolendis per Concil. quia Patronatus juribus in Eccleſiis fraudi ſunt, & turbarunt totum ſtatum Eccl. I. (VII.) 281. 282. ſq. 286. ſq. earum origo & incrementum, inceperunt a temp. Bonifacii VIII. centum annis ante Petrum de Aliaco. 288. ſq. Zabarella I. (IX.) 521. idem Petr. Alliac. de Reſervat. Papæ fuſe agit VI. (II.) 49. ſq. Gerſon VI. (III.) 106.

Papales Decretales, Canones, exemtiones oneri ſunt Eccleſiæ. I. (VIII.) 417.

Papæ poteſtas examini ſubjicitur a Paulo Anglico I. (IX.) 497. & Zabarella 513. ſq. non poteſt diſpenſare contra jus naturæ & revelatum ib. Circa Papæ electionem quæ cautelæ? Zabarella I. (IX.) 507. ſq.

Pariſienſis Academia

Defendit Concilium Conſt. contra Papas, inpr. Johannem profugum. II. (X.) 274. ſq.

Ejusd. ſtudium Unionis Eccl. procurandæ laudatur a Pileo Archiep. Gen. II. (II.) 74. ſq.

Pariſienſis Academiæ Legatorum ad Regem Gall. Carolum VI. Conſtantiâ data Epiſtola: de fatis Concilii poſt fugam Papæ IV. (III.) 129. ſq. Academiæ Pariſ. Epiſtolæ ad Legatos Gall. Regis in Concilio Conſt. 122. ſq. ad Concilium 123. ſq. ad Sigiſmundum Cæſ. 123. ſq. Ejusd. Epiſt. ad Nationem Italicam pro continuando Concilio 141. ad Concilium Conſt. approbat omnia contra Johannem P. acta, & ad Cæſarem, cui gratias agit pro ſtudio Conciliari. 175. ſq.

Johannes *Parvus*

Congregatæ Nationes in Conc. Conſt. de ejus doctrina IV. (IV.) 331. ſq. item IV. (VI.) 388. 389. 440. Gerſon ideo adjutor fuerat Huſſi comburendi, quod ſperaret, Joh. Parvi doctrinam & ſcripta, cum ipſo Jean Petit æque combuſtum iri;

iri; at, cum videret, hunc tela evadere, & controverſiam a Papa ſeponi, valde pœnitentia facti ſui ducebatur 450. ſq. IV. (VIII.) 718 - 720. 724. 728. contra Joh. Parvum & ejus clandeſtinos fautores acris oratio & Tractatus vehemens Gerſonis IV. (IX.) 1087. ſq. nova ejusd. Gerſonis invectiva (X.) 1092. (v. Joh. *Falckenberg*) amara ejusdem querela de Joh. Parvi cauſa frigide tractata 1192. coll. IV. (XII.) 1513. Poloni ideo ad futurum Concilium appellant. 1531. Appellationem Martinus V. damnat, Gerſon defendit. 1533.

Ejusdem Joh. Parvi controverſiæ de cæde tyrannici Principis, juſta Hiſtoria, Actorumque ſynopſis III. Prol. 9 - 14. conf. Tyrannus.

Paſſio Chriſti

De ea Oratio Alberti de Bonchriſtianis in Conc. Conſt. V. (V.) 137. ſqq.

Paſtor bonus

Ejus idea ſiſtitur ex Gerſone I. (V.) Pr. fere tot. 250 - - 253. Paſtores conſignent fata ſuarum Eccleſiarum, Zabarella I. (IX.) 518. conf. omnino Jacobi Ep. Laudenſis Idea melioris Papæ eligendi I. (XX.) 921 - 945.

Paſtores Eccl.

Eorum prima cura de proventibus, vellera ovium, non vita ſalusque. I. III.) 6.

Paſtoris Eccl. vera idea ibid. 1 - 4. Clemang.

Johannes *Patriarcha* Antioch. vid. Johannes.

Patroni Eccleſiarum

Juribus ſuis olim exuti per Summos Pontifices. I. (III.) 9.

Patronatus jus

De hoc Coll. Reformatorium I. (XII.) 723. ſq.

Paulus Anglicus

Ejus *aureum ſpeculum Papæ, ejus curiæ, Prælatorum & aliorum ſpiritualium*. recenſentur I. (IX.) 493. ſq. Editiones. Goldaſti vel potius Typographi error. ib. Eadem vulnera Eccleſiæ Romanæ & Cleri univerſi detegit ac Vrie, Clemangius, Gerſon, Alliacus & ceteri. ibid. hoc ejus ſpeculum in proceſſu Huſſi ſæpe allegatur, & cur? 498.

Gobelinus *Perſona*

Conſignat hiſtoriam Concilii Conſtantienſis ſub ejus finem. ſuſpiria ipſius de artibus Papæ fruſtrantis ſpem emendationis Eccleſ. I. Prol. 30. ſq.

Petrus Apoſtolus.

Fuit prius Pontifex ſummus, quam Epiſcopus Romanus VI. (II.) 19. fin. ſq. Chriſtus cum S. Pontificem conſtituit, dicens: *paſce oves meas*, & ſimul dedit ei poteſtam eligendi ſedem, ubi vellet. quatuor annis tenuit cathedram, ſine ſede. dein Antiochiæ ſedit 7. annis. Poſt revelante ei Chriſto, ſedem tranſtulit Romam. ibid. in Petro fuit papalis dignitas, in ceteris Apoſtolis Cardinalatus autoritas, quod fuſe deducit Petrus Alliacus & probat verbis Script. S: - - *Domini ſunt cardines terræ & poſuit ſuper eos orbem* &c. VI. (II.) 20. ſq.

Petro Apoſtolo jurat Bonifacius VIII. & jurare debent Papæ I. (X.) 586. ſq. huic & Deo rationem ſe redditurum in judicio noviſſimo profitetur Papa, hunc propitium ſibi in munere futuro expetit, & in illa terribili judicii extremi die, hujus adjutorium expetit, ut irreprehenſibilis appareat ante conſpectum judicis Chriſti, hunc orat, ut ſe faciat dextræ patris participem

Digitized by Google

pem &c. ib. 589. vid. *Papæ* coronandi juramentum Bonifacianum. Lit. *B.*

Petrus de Alliaco vid. Lit. *A.*

Petrus de Candia vid. *Alex. V.*

Petrus de Luna vid. Bened. XIII.

Petrus Dreſenſis

Hardtio videtur Tauſenſis (ex Tauſchkaw ob der Miſs) Bohemus, ſicut Jacobus de Miſa, Jacobo Thomaſio, Diſſ. de eo ſcripta, eſt Germanus. III. Prol. 19. fin. ſq. ſuggeſſit Jacobo Miſenſi doctrinam de Communione ſub utraque, quam tamen ex Mag. Matthia anteceſſore ſuo haurire potuit. ib. 18-20.

Peutinger

Conſiliarius Maximiliani I. Cæſaris I. (V.) 216.

Philaſterius Wilh. Card. S. Marci.

Magni judicii conſilium proponit Concilio Conſt. de via ceſſionis omnium 3. ex æquo Paparum, vi, ſi nolint, compellendorum, unico Schismatis remedio, quod mirifice placet Cæſari & V. Nationibus. refutatur a Gregorii XII. adſeclis. II. (VIII.) 208. ſq. 214. ſq. ſed fruſtra.

Pileus Archiep. Gen.

Ejus Oratio ad Sigism. Imp. in Conc. Const. De Reformat. Eccl. I. (XV.) tot. 812. ſq.

Pirckheimerus

Ejus Bibliotheca in Angliam translata, emptore Comite Arundel. olim Norimbergæ, nunc Londini, in Collegio Greshamenſi, ornamentum. I. (IV.) Prol. fin.

Piſanum Concilium

Eſt baſis quidem Concilii Conſtantienſis, ſed utrumque propria gaudet autoritate, cohærent ambo tanquam partes. Piſanum fuit legitimum II. (III.) 194. ſq. 192. ſq. Piſanum & Conſtantienſe certo modo eſt unum. II. (VIII.) 201. fin.

Piſam translatum eſt Lucca negotium unionis Eccl. & ceſſionis Papatus, quod colloquio Luccano tentatum fuerat inter Papas Gregor. XII. & Bened. XIII. translatio facta artibus maxime Balthaſaris tunc Cardinalis, poſt Papæ Johannis XXIII. inimici Gregorii. II. (XV.) 351-353.

Concilii Piſani imbecillitas ad reformationem Eccl. Gerſon. I. (V.) 113. ſq. aptius ad eam erat Conſtantienſe. ibid.

Cocilium Piſanum fuit juste coactum per duos Cardinales. 119.

Ejusdem infauſtus exitus, quo pro uno capite conſtituendo, tria emergunt Capita, in Concilio Conſtantienſi, cujus illud eſt fundamentum, reſecanda, tandemque reſecta. I. (I.) 146. ſq. 150-175.

Ad *Piſanum* Concilium dicti Cardinales invitant Duces Brunſv. & Papam Bened. XIII. Epiſtolis. II. (II.) 66. ſq. 80. ſq. hunc quidem cum minis remotionis, ni comapareat.

Iidem Cardinales ante Exordium Concilii conveniunt Liburni ad Colloquium ib. 79. fin. ſq. ad Brunovicenſes Duces alia eorundem Epiſtola, Legatos ut ſuos ad Conc. Piſ. mittant. ib. 84. ſq.

Concilii Piſani Oratores a die ejus prima 25. Mart. - 19. Maj. recenſentur Nomina ipſorum & Themata. II. (II.) 88. ſq.

- - inauguratio ib. 89. ſq. - Prima Seſſio Generalis 26. Mart. 1409. - - habitus, conſeſſus Cardinalium &c. in ea Seſſ. 91. ſq. Conſtituuntur Procuratores Conlii, Notarii. 94. Duo Pontifices accuſantur contumaciæ. 96. condemna

demnatio eorum differtur in alium diem. ib. Denuo differtur in Seſſione IIda ob diſſenſum Cardinalium ibid. 100. Seſſio III. omnium Conſenſus de condemnandis Anti-Papis contumaciæ. differtur tamen condemnatio. 102. Publicata condemnationis Papalis ſententia ib. & 103. Seſſio IV. Legati Imperatoris Ruperti impugnarunt condemnationem Paparum, non horum favore, ſed ex defectu juris convocandi. Paparum condemnatio confirmatur a Concilio, faciente cum Legatis Cæſaris Conrado de Suſato, in Seſſ ſpeciali. II. (II.) 104. ſq. Seſſ. V. & VI. contra eosdem Papas removendos, cum Legati Anglorum Regis Orationem habent de Unione Eccl. Seſſ. VII. Reſponſio adornata ad dubia mota per Rupertum Cæſarem. Seſſ. VIII. & IX. Decreta de autoritate illius Concilii. ambobus Anti-Papis obedientia ſubtracta, idque per ſententiam publicatum. item: quod nemini Regum, Principum &c. in præjudicium trahi debeat abſentia vel ſedes promiſcua Legatorum ipſorum. Proceſſus etiam inquiſitorii in crimina removendorum Paparum inſtructi Teſtium Rotulis ib. 118 - 124. Seſſ. X. iterata Citatio Pontificum. 126. Seſſ. XI. & XII. Articuli Probatorii in Pontifices litigantes. ib. 126-132. Seſſ. XIII. probatur: Concilium eſſe ſupra Papam. & Pariſienſes aliique judicarunt Petrum de Luna Schismaticum & Hæreticum. 132. ſq. Seſſ. XIV. iteratæ Probationes contra Bened. XIII. Seſſ. XV. citantur Papæ ad audiendum Sententiam. ib. 135. ipſa definitiva Sententia contra ambos Papas. Seſſ. XVI. Decretum Concilii de Reformatione Eccleſiæ per novum Papam, nec Concilium ante diſſolvendum, quam Reformatione peracta. II. (II.) 138. ſq. Seſſ. XVII. Novi Pontificis Electio definitur. 140. Seſſ. XVIII. Regis Arragonum Legati adeunt Concilium, expetentes Copiam Actorum Concilii; & audientiam nuntiis Papæ Benedicti XIII. prius annuere Patres, ſed, quod Papam dixit *Petrum de Luna*, Orator ipſius, riſu exceptum id fuit. tandem re deliberata, ob reverentiam Regis, ſe nuncios Pſeudo-Papæ, tametſi hæreticus eo indignus eſſet, audituros promittunt. 142. Seſſ. Specialis. audiuntur Legati Regis Arragon. & nuncii Petri de Luna, qui poſtremi cum ſibilo excepti tandem clam aufugerunt. ib. 143. Seſſ. XIX. Cardinales ingreſſi Conclave ad eligendum novum Papa. Electus Alexander V. (Petrus de Candia, ſupra p. 97. ſq.) ib. 142. Seſſ. XX. Electio Novi Papæ publicatur. confirmat P. Alexander V. proceſſum ſuperiorem Schismatis tollendi, ſpondens Cardinalibus Reformationem jam ante in Concilio definitam, & Reformatores eligendos. ibid. ſq Seſſ. XXI. Abolitæ Excommunicationes, antea in Schismate à diverſis Partibus contra ſe invicem latæ 147. ſq. Seſſ. XII. Approbat Papa Alex V. translationes, promotiones, proviſiones de Prælaturis, Dignitatibus, beneficiis & Officiis Eccl. per duos Anti-Papas factis ante Sententiam contra eos definitivam. ib. 151. ſq Seſſio XXIII. (quarta ſub Alex. V. & ultima Concilii) Beneficia Eccleſiæ non eſſe per Papam diſſipanda. Concilia Provincialia eſſe celebranda ante novum Concilium Generale

rale. Capitula Provincialia Monachorum Nigrorum, & Canonicorum eſſe celebranda, decernitur. Reformatio univerſalis Eccleſiæ (contra Seſſ. XVI. p. 138. ſqq.) dilata ad proximum Concilium Univerſale, quod indicitur triennio poſt habendum. (ſcil Conſtant.) Concilium Piſanum ſolutum. II. (II.) 157. ſq.

NB. Hæc omnia debentur MSStis Vindebonenſi Wolfenbüttelenſ. & partim Helmſtadienſibus. Seſſiones ſemper comparent in parallelismo ex MS. Vindeb. & Wolfenbüttel. v. Gregor. XII. Benedictus XIII.

In Concilio Piſano Reformatio Eccleſiæ impedita, hinc irritus ejus eventus, quia in eo regnavit ambitio. Ejus Patres decepti Eccleſiam deceperunt. I. (II.) 60. 67.

Pænitentiæ

De his & remiſſionibus I. (XII.) 752. ſqq.

Joh. Franc. *Poggius*

Florentinus, Orator Concilii Conſt. Ej. elegans Oratio Funebris habita in Conc. Franciſco Zabarellæ I. (IX.) 537 - 546. ſtylo exarata ultra ævum puro & concinno.

Poloniæ Rex

Ejus Legati & Lithuaniæ Ducis afferunt ad Conc. Epiſtolam querulam de Prutenis Cruciferis Ord. Teuton. IV. (VIII.) 546. fin. ſqq. Congregatio gen. in cauſa Polonorum contra eosd. 614. ſq. (IX.) 867. 871.

Ejusd. lites cum Teuton. Ordine coram Concilio Conſt. II. (XV.) 442. magnis clamoribus agitatæ 443.

Poloni

Eorum & Gallorum querela acerbiſſima de frigide tractata cauſa Joh. Parvi, & Falckenbergii Libro in Principes injurio, non damnato, hinc appellatio eorum a Papa ad futurum Concilium, a Martino V. damnata, at a Gerſone defenſa IV. (XII.) 1513. 1531. 1533. hæc res tandem in Concilii Seſſione XLV. concitat tumultum, Polonis publice & animoſe appellantibus a Papa diſſimulatore ad futurum Concilium, & præbet Martino V. cauſam vel anſam, Concilium prorſus diſſolvendi, quod factum. 1549 - 1564.

Portugalliæ Rex

Ejus, antea adſeclæ Johannis XXIII. Legati veniunt ad Concilium 1416. M. Jun. Conſtantiam cum pompa ingrediuntur. vid. Ind. Chronol.

Idem Rex Saracenos tempore Concilii Conſt. feliciter invadit, & inde ditatur II. (XV.) 419.

Poteſtas Eccleſiaſtica vid. Lit. *E.*

Præbendæ vid. *Canonicatus*, *Beneficia*

Harum tam multas quidam affectarunt, nonnullas etiam viles, 4 aureos importantes, quarum dixere, unam pro ſinapi, alterum pro ollis, tertium pro ſcopis emendis ſibi profuturas. I. (V.) 224.

Harum quarta minimum pars in Eccleſiis Cathedralibus & Collegiatis cedat Doctoribus, Licentiatis, & Magiſtris Artium, Reformatorium Conſtantienſe. I. (X.) 625. med. ſq.

Præbendariorum, Canonicorum onera, juramenta, limitantur 630. In qualibet Eccleſia Cathedrali ſit una Præbenda pro Magiſtro in Theologia, - - & una pro Doctore juris Can. vel Civ. 638. De his & al. Dignitatibus vid. Etiam I. (XII.) 695 - 702.

Prælatis

Animarum cura nulla, ſed lucri crumenarum. S. Scripturæ ſtudia riſui habita olim Epiſcopis, Clemang.

Digitized by Google

mang. I. (III.) 22. verbum Dei prædicandi officium Paſtoribus relinquunt, infra dignitatem ſuam illud ducentes. ib.

Eorum vitia, Juriſdictio tyrannica in Eccleſiam. 23. ſq. eorum perpetua abſentia ab Eccleſiis ſuis. 26. fin. ſunt *Superintendentes* (ſpeculatores) non ovium, ſed corporis ſui ſaginandi. parum penſi habentes, num ægrotent oves, dum plenus ſibi venter, plena æris crumena ſit. 27. 28. Prælati in curiis Principum reſidentes, quis ex illis pauperum defenſor, - - afflictorum conſolator, oppreſſorum ſublevator, quis pro pupillo Patronus - - pro vidua protector? &c. in aulis non quæ reip. profutura, ſed quæ Principi placitura ſciunt, ſuadent. 27. 28. ſq. ſunt mercenarii 29. adeoque abſentia eorum a ſuis Eccleſiis utilior eſt, quam præſentia.

Quidnam enim quæſo illis prodeſſent? qui toto elabente anno ſuam vix bis aut ter intrant Ecclesiam, qui totos in aucupio, venatu, ludis, palæſtra, dies agunt, qui in conviviis accuratiſſimis, in plauſibus & choreis, cum puellis & effeminati inſomnes tranſigunt noctes, qui turpi ſuo exemplo gregem per devia quæque abductum in præcipitium trahunt, qui imberbes adoleſcentuli ad paſtorale convolant magiſterium, & tantundem de illo, quantum de nautico ſciunt officio. Hi ſunt præclari ſcilicet illi, (quos Scriptura S. vocat) *Angeli* Eccleſiarum! &c. idem, Clemang I. (III.) 29. 30. ſq.

Prælati non ſunt, niſi entia ſine ſcientia Gerſon. I. (V.) 141. vid. falſam & lepidam eorum deſcriptionem Wimphelingii I. (V.) 227. ſeqq. Sanctus e cœlo non fieret Prælatus ſine auro I. (VII.) 286. De Prælatis & Clericis ordinandis, de neceſſariis eorum reſidentiis, ut officia exequantur. de illorum Vitæ honeſtate, exceſſibus corrigendis, Zabarella I. (IX.) 523 - 526. ſq.

De ſpoliis Prælatorum, de fructibus medii temporis per Papam, non per Prælatos inferiores capiendis. Reformatorium Conſt. I. (X.) 610.

Prælatus Prælato non poteſt propria autoritate indicere bellum I. (X.) 644. fin.

Prælati boni virtutes, explicatæ fuſe & pro ævo, Rhetorice per Jacobum Ep. Laudenſem Orat. de Idea melioris Pontificis S. eligendi I. (XX.) 931 - 945.

De Prælatorum Eccleſiaſt. & Secularium electione reformanda. Coll. Reformator. Decr. I. (XII.) 671 - 678.

Ferrum non debetur Prælatis & Eccleſiaſticis, ſed verbum. 681.

De Prælatorum exceſſibus. 747. ſq.

Prælatus indoctus eſt coronatus aſinus II. (VIII.) 228. Wilhelmus de Monte Epiſc. hact. Paderbornenſis, nondum initiatus, vexarat diris modis ditionem ſuam, ambiebat Archi Eptum. Colonienſem, etſi *ne unam quidem literam in vulgari Teutonico ſciret legere*, verba Theod. de Niem II. (XV.) 427. fin.

Praga.

Pragenſes motus tremendi ob crematum Huſſum II. (XV.) 409. mittunt invectivas in Concilium ob crematum eund. 425. Quod Legatum ad eos mittit. ib.

Pragenſis Univerſitas

Ejus Confeſſio de Communione ſub utraque ſub. ConcilioConſt. 1417. d. 10 Mart. edita. III. (XX.) 761. ſqq.

Digitized by Google

Hieronymus, Stephanus, & Mauritius de *Praga* vid. Lit. *H. S.* & *M.*

Pragmatica Sanctio vid. Lit. *S.*

Preces

Per eas non debent fieri electiones & proviſiones, quia ſunt Simoniacæ. I. (X.) 613.

Preces & lacrymæ ſunt arma eccleſiæ. preces Principum ſunt penetrantiores, ita Clemangius. I. (II.) 32. 36.

Primæ *preces*

Inſtrumentum literarum primarum precum Sigismundi Cæſ. pro Ulr. Holfeldero V. (VI.) 167. ſq.

Pregizeri

Itinerarium Helveticum pro luſtrandis Conſtant. Concilii MStis. I. Prol. 8. ſq.

Presbyteri

Quomodo reformandi? Gerſon. I. (V.) 93.

Primatus Papæ

Neceſſitas, probatur fuſe a Sylvio I. (V.) 201. 202. 203. ſqq. vid. *Papa.*

Princeps v. Imperium.

Sine Principum auxilio Eccleſia Schismate collapſa nunquam fuit erecta. II. (VIII.) 203.

Principum filii literis imbuendi I. (VIII.) 429. ſq. niſi literati non ſunt eligendi Epiſcopi & Prælati. Reformator. Conſt. I. (XI.) 660. ſqq.

Principium cognoſcendi

In Theologia, ſolum tuetur Jac. de Miſâ S. Scripturam eſſe, cum primævis Patribus, exploſis recentioribus Scholaſticis. III. (XVI.) 576. ſq.

Privilegia

De his Reformator. I. (XII.) 751.

Proceſſiones

Solennes habitæ in Concilio Conſt. pro felici Cæſ. Sigismundi itinere in Hiſpaniam ad removendum Papam Bened. XIII. & hebdomade quavis, ſeu ſingulis Diebus Dominicis idem obſervatum. IV. (VII.) 482. & alias paſſim v. g. poſt combuſtum Huſſum IV. (VIII.) 485. poſt depoſitum Johannem XXIII. &c. Quarum ſine conjuncta vera pœnitentia & mentis puritate vanitatem oſtenderunt Gerſon, Alliacus, Vrie, Niemius aliique veritatis teſtes paſſim in Orationibus. vid. quemque ſuo loco.

Promotores

Dicuntur exploratores criminum, ipſi criminum pleni. I. (III. 23.

Proprietarius

An Monachi poſſint eſſe proprietarii, ſeu poſſidere propria bona, Quæſtio agitata in Concilio Conſt. III. (IX. X. XI.) vid. *Monachatus.* Wiclefo imputatur theſis: Contra Script. S. eſt, quod Eccleſiaſticus habeat poſſeſſiones. III. (XII.) 176. it. de Papa 202. de Auguſtino, Bernhardo &c. 210. coll. III. (XIII.) 234. it. 248. ſq.

Puteanus Petrus

Ejus l'Hiſtoire du Schisme, qui a été dans l'Egliſe dés l'an 1378-1428. laudatur. de MStis, quibus nititur, diſquiritur II. (II.) 159. II. Prol. 8.

Petrus *Puteanus*

Plagiarius, exſcribit Richerium, non citatum I. (XIII.) 758.

Caſpar Gans de *Putlitz* (Potleſt)

Captivus, dimittitur, hac lege, ut traderet Marchioni & Elect. Brandenb. Friderico oppidum Lenz. redeunte autem Friderico Conſtantiam, idem Putliz arcem & oppidum Sandaw vi capit. cogitur per Fridericum coram tribunali Cæſaris Conſtantienſi reddere Epiſcopo Magdeburgenſi Sandovium &c. V. Prol. 11. 12.

Quinti.

Digitized by Google

Q.

Quintilianus

In Conſtantienſi Concilio inventus a Poggio, non autem, quod falſo perhibet Wimphelingius, ſub Friderico III. Imp. I. (V.) 180.

R.

Reformationis Eccl. in Germania per integrum Sec. XV. tentatæ fata, ſeu ſuccincta delineatio, ſub Sigismundo, Alberto II. Friderico III. & Maximiliano, per Hardtium I. (V.) a pag. 143 - - 244. digeſta.

Deſideriis emendationis ſacrorum Gerſonis & omnium bonorum, nec Concilium Piſanum ſatisfecit 1409. nec Romanum reſpondit A. 1412. nec Conſtantienſe rem plane perfecit A. 1415. nec Papienſe & Senenſe an. 1423. nec Baſileenſe prorſus abſolvit, an. 1431. neque tamen publicum deſiderium per decurſum integrum iſtius Seculi quievit I. (V.) 143. ſq. Præter hæc modo dicta ſex Concilia, pro Univerſalibus habita, multa provincialia Concilia reformationis negotium promovendum ſuſceperunt ſequ. ſerie:

An. 1420. Eberhardus Archiep. Salzburgenſis Concilium habuit pro reformandis moribus in Eccleſiis ſuis. I. (V.) 161. ſq. reformationis articuli 162. ſq. publice inter alia, quovis triennio in Eccleſiis prælegi juſſit ſtatuta Conſt. Conc. de Simonia.

An. 1423. Theodoricus Archiep. & El. Colon. idem peregit. 163.

An. eod. Otto El. Trevirenſis magno ſtudio reformationem Cleri tentavit, ſed fruſtra. ib. ſq.

An. eod. Johannes Archiep. & El. Moguntinenſis Synodo Provinc. pro reformatione conſtitutiones fecit. 165. Verum

An. 1424. Papa Martinus V. Germanicæ Nationi hæc Concilia provinc. pro Reformatione Eccleſiæ, Conſtantiæ quæſita, interdicit. 165. ſq. indixerat hic *Papiæ* & Sienæ Concilium an. 1423. ad quod Germ. Principes non venerunt, utpote in ditione Papæ temere comparituri. Remotis ſic Germanis, Cardinalibus tribus Martinus V. committit Reformationem 166. ſq. Nihilo ſecius

An. 1431. Baſileæ continuaturi ſtudium reformationis habent Concilium Univerſale IIdum in Germania 167. ſq. Niderus, Orator Concili Baſil. celebris deſperat de Reformatione Univerſali 168. huic conſentit Keiſersbergius Theol. Argentor. de univerſ. reformatione deſperat itidem, ſed non de ſpeciali 169. ſq. ubi inter alia egregia ejus verba: *Weil es ſo hart iſt, die gantze Chriſtenheit und beſondere Stände zu reformiren, drum ſtoß ein jeder ſein Haupt in einen Winckel, in ein Loch, und ſehe, daß er Gottes Gebot halte, und recht thue, damit er ſeelig werde!*

An. 1440. Imp. Fridericus III. Moguntiæ &

An. 1442. Francofurti pro reformanda Eccleſia Comitia celebrat, Conſtantienſia ac Baſil. ſtatuta ſtabiliuntur I. (V.) 172.

An. 1446. Conventio inter Frider. III. Imp. & Papam Eugenium IV. pro reformationis in Germania ſtatutis Baſileenſibus ſervandis facta, nomine: *Interim Eugenianum.* Sed fumum vendit Eugenius nimis leni Cæſari & Germanis, repetitis

 promiſſis

Digitized by Google

promiſſis, & vanis diplomatis. I. (V.) 173. ſq.
An. 1447. & 1448. Transactio Nicolaitana, ſive Concordia inita inter Frider. III. Imper. nomine Nationis Germ. & Nicolaum V. de Reformatione per Germaniam. 178. ſq. hic Papa longe melior Eugenio, hujus *Interim* confirmat, Legatum mittit, Concordata cum Germanis ſancit ingenue, horum tamen privilegiis Ænea Sylvio callide aliquid demente. I. (V.) 179.
An. 1457. & ſq. impenſa Germanorum deſideria novi Concilii pro reform. Eccl. aſtu Sylvii eluduntur. I. (V.) 183. ſq. publicum Reformationis per Germaniam ſperandæ repudium Sylvianum. 185.
An. 1461. urgent Germani idem deſiderium, novus Elect. Mogunt. Ditherus denegans Papæ Annatas, ab hoc deponitur, hinc dira bella, ſcriptis variis certatur utrinque. 211.
An. 1484. publice iterum reſtituuntur Regulæ Cancellariæ Rom. de quibus reformandis tanto cum apparatu tamque diu in Conciliis Conſt. Baſil. &c. inter Germanos erat actum, omnia ergo in fumum abeunt. 211.
An. 1510. Maximiliani Cæſ. Vota pro Reform. Eccl. 215.
An. 1513. Wimphelingius Concordata Nicolaitica luci reddit. 228.
An. 1515. Idem Librum Æneæ Sylvii contra Reformat. Eccl. publice confutat. 228. ſq.
Neceſſariæ *Reformationis* Eccleſiæ (vid. Lit. *E.*)
Teſtes, ut & corruptionis ſummæ inter alios multi citantur V. Prol. 22 -- 26. Theodoricus de Monaſterio, Bertrandus Vaqueri, Matthias Röder, Hotricus, Abendon, Joh. Zachariæ, Vitalis Ep. Tholenſis &c. ex quibus Theod. de Monaſterio, inter alia urget: - - *Stantibus in ſtatu Eccl. & permanentibus ſuperbia, avaritia, & vita voluptuoſa; impediri nequit, ne oriatur novum Schiſma, & ne ſurgant contra ſtatum Eccleſiaſt. latrantes, manente enim cauſa, manebit effectus.* ib. 23.
Reformatio Eccl. an novi Papæ Electioni præmittenda?
Quæſtio, quam multas turbas Concilio pepererit? vid. IV. (X.) 1335. 1353. ſq. (X.) 1393. ſqq. 1398. 1414. 1415. ſq. 1418. ſq. 1426. donec cedere cogerentur Cæſar & Germani, & conſentire in electionem Papæ, ita tamen ut decretum ante fieret Concilii; Papam electum protinus debere reformare Eccl. ſtatum, nec ante reformationem peractam, diſcedere 1431. ſq. Cæſarem cum Germanis a ſententia non abſtractum iri apparebat, niſi Rupertus Alanus, Sariſberienſis Archi Epiſc. hoc rerum articulo diem obiiſſet ſupremum vid. Alanus. Hic enim maxime ſtrenuus erat Reformationis maturandæ propugnator, 1414. quorum quidem tunc complures exſtitere, qui publicis Orationibus idem Concilio & Cæſari calcar addiderunt, ſunt hi v. g. Johannes Hugenetti de Metis, Acad. Avinion. Legatus, qui ſolenni panegyri de Reformatione Curiæ Rom. ſumme neceſſaria graviter diſſeruit (IV. Prol. Ind. 44. ad 4. Aug.)
Pileus Archi Ep. Gen. gravi Oratione Cæſarem hortatus: ne a Reformatione per inſidias ſe avocari ſineret IV. (XI.) 1397.
Bernhardus Baptiſatus, Oratione graviſſima idem ſuaſit 1398.
Petrus de Alliaco idem fuſa Oratione diſſeruit. 1399. ſq.

Theobal-

Digitized by Google

Theobaldus 1402. Nicolaus de Javir &c. Verum ſurdo Clero narrabantur fabulæ!

Cardinales, viſa Cæſaris offenſa, ex Concilio abire parant; a Cæſare, petitum ſalvum conductum ipſis denegante, prohibiti, & tandem Friderici Electoris Brand. opera inConcilio retenti. 1415. fin. 1416. init. Cæſari & Germanis hæreticorum & Huſſitarum nomen impingunt; aculeato ſcripto petiti Germani, cum Cæſare ſtrenuam apologiam pro ſtudio ſuo reformationis præmittendæ opponunt. 1414. 1418. Cæſar quosdam Cardinales ferociores capere conſtituit. 1417. Tandem hi buccinatores tot malorum, poſtquam ad eos Itali cum Hiſpanis, Galli poſtremo & Angli plurimi (non enim deerant viri boni) defecerant, pervicere &c. ut Papa ante omnia eligeretur.

Decretum Concilii, Seſſione XL. Reformationem Status Eccleſiaſtici a novo Papa ſtatim debere inſtitui ante Concilii finem; & publicati Reformationis Articuli. 1449. ſq. De Reformatione Eccl. quædam ſtatuta: De Exemtionibus, de incorporationibus, de fructibus medii Temporis, de Simoniacis, de diſpenſationibus - - decimis, de vita Clericorum &c. 1533.

Quouſque in *Reformatione* Eccleſiæ tandem

proceſſum fuerit, poſt electum Martinum V. ſeu per vota & intentiſſima ſtudia Nationum, præſertim Germanicæ, ſeu per artes Papæ, eam limitantes. IV. (XII.) tot. Germani libellum Martino V. offerunt, articulos de Reformatione Supremi Regiminis Eccleſiaſtici comprehendentem, quo eum ad Reformationem ſuſcipiendam animarent. IV. (XII.) 1503. Galli per Cæſarem urgeri deſiderarunt reformationem a Papa præſtandam. quibus ille indignabundus exprobrat nuperum fatuum conſilium, de reformatione in Papam differenda. Hiſpani idem urgent, maxime Simoniam exſtirpandam 1503. Martinus quandam *Reformationis Curiæ Rom.* toties expetitæ, *ideam*, ſcripto exhibet Nationibus 1508. Solennis Oratio de Eccleſiaſtici Regiminis Reformatione habetur. eod. temp.

Finito Concilio Gerſon ſcripſit Dialogum Apologeticum in Vaſtum corpus Decretorum Conc. Conſt. ubi inter alia deplorandum ſtatum Eccl. teſtantia, *video*, inquit, *quod Eccleſiæ reformatio nunquam fiet per Concilium, ſine præſidentia ductoris pii, prudentis &c. - - membra per provincias aut regna. &c.* IV. (I.) Pr. 3. 4.

Reformatorium Collegium in Concilio Conſt. ſolenniſſime conſtitutum, Ejus Conſultationes atque conſtitutiones per omnes Tomos. I. Pr. 21. & 28. fin.

Reformationis Capita atque momenta I. Prol. 21. ſq.

Vid. *Vrie*, *Niem*, *Alliaco*, *Zabarella* & alii, qui ipſi Concilio de ea libros obtulere. Ex horum ſcriptis Collegium Reformatorium adornavit tria præclara monumenta: geminum Protocollum, Decreta, & Decretales. I. Prol. 29. & I. (X. XI. XII.)

Erigitur hoc *Reformatorium* Collegium in Concilio Conſt. poſt fugam Papæ Joh. XXIII. ejus origines & incrementa, impedimenta I. (X.) 570 -- 579. Cardinales nullos initio voluit ad id admittere, utpote

pote ſimul reos & judices. tandem concluſum: illos Cardinales, qui Johannem illegitime elegerant, ipſum fugientem ſecuti erant, etſi redierant, àque partibus ejus qui ſteterant, non eſſe admittendos, utique autem admiſſi, qui Johannis Adſeclæ & defenſores non fuerant, v. g. P. de Alliaco & Zabarella.

Conſtabat hoc Collegium XVI. Illuſtribus viris, ex quator Nationibus ſingulis quatuor delegatis, & quatuor Cardinalibus. acceſſere deinceps ei quidam. I. (X.) 573. 574. ſq. locus maxime ſpectabilis Ejusd. 575. Ejusmodi concinnus doctiſſimorum probiſſimorumque virorum Delectus requirebatur, quia ultra centum mille homines in Concilio præſentes, qui potuiſſent bono ordine in medium conſulere? 465. *Statuta* ejus Collegii in Seſſionibus Concilii publicis prælecta & confirmata fuere. 576. confirmavit etiam poſtea Martinus V. noviter electus ib. alia Statuta ſunt denunciata.

Quandoquidem autem pars, aut ſumma duntaxat brevis illorum ſtatutorum fuit in Conciliari Seſſione publicata, ubi tandem ſunt integra atque plena Reformatorii ſtatuta? Quæ utique pars ſunt princeps Hiſtoriæ Concilii Conſt. in nullis impreſſis Codicibus ea hactenus videre contigit. Crucem id fixit Spondano aliisque, ubi lateant? Tandem inventa fuere in Biblioth. Vindeb. in gemino Codice MS. a Cæſare Leopoldo transmittente accepit Dux Brunſv. Rud. Aug. & ex hoc ea publicavit primus Hardtius. 576. 577. Diſpeſcuntur in Protocollum geminum, Statuta ipſa &c. 577. ſqq. Hinc inde manca quædam, ut fit in tam antiquis MS. apparent 579.

Decretales hujus in Syſtemate Coll. I. (XII.) tot. has ſuggeſſerunt Collegio huic (prioribus excuſſis ſemper nova diſcutienti) Gerſon, P. de Alliaco, Theod. de Niem, Franc. Zabarella, aliique I. (XII.) Prol. 666. digeſta fuere juxta Decretalium juris Can. compagem, V. Libris. 667. ſq. quo loco & Valore habendum duxerint hoc opus Reformatores iſti ſtrenui & Illuſtres? ib. Germ. Natio Martino V. qui novum quaſi Reformatorium Coll. ex VI. Cardinalibus & Deputatis nationum erexerat, Summam iſtorum Reformatorii Decretorum exhibuit Tit. Aviſamenta Nationis Germ. ſuper Articulis juxta Decretum Concilii reformandis. I. (XXII.) 997. ſq. 999. ſq.

Ulr. à *Reichenthal*, Canonicus Conſt. Ejus Hiſt. Germanica Concilii Conſtantienſis. epicriſis Hardtii in eam. V. Prol. 18. 20. crebro citatur Hardtio. præſtat eum Dacherius ib. 20.

Reinherus, Ordinis Prædicat.

Fuit primum 17. annis hæreſiarcha inter Bohemos, poſtea librum ſcripſit: de erroribus Hæreticorum, ſigna hæreticorum admodum memorabilia, & hæreticis Bohemis glorioſa, affert III. (XIX.) 664. fin. ſq. - 670.

Religio vera

De ea litem moverat Math. Grabon, ſoli monachatui eam vindicans. Examinanda datur hæc doctrina a Papa Martino V. in Conc. Conſt. Gerſoni & Alliaco, qui Grabonem ad agnoſcendum & revocandum errorem adegere III. (VIII. tot. 107. ſq.

Reliquiæ.

De his I. (XII.) 733. it. 734. fin. ſq. ubi abuſus taxantur.

Digitized by Google

Reſcripta Pap.
De his abrogandis Reformator. Decretales. I. (XII.) 670.
Reſervationes Apoſtolicæ (v. Reſervationes *Papales*)
Vel abolevit, vel reſtrinxit has ſcriptum Concilio oblatum, per Nationis Germanicæ Deputatos: v. *Aviſamenta Conſtantienſa.* I. Prol. 32. ſq.
Reſidentia Epiſcoporum & Prælat.
Hæc neceſſaria eſt, nec facile diſpenſanda I. (X.) 616. De beneficiatis non reſidentibus. 627.
Ritus Eccl. antiquæ
De jure eos mutandi Jac. de Miſa. III. (XVI.) 530. ſq. de mutato Eccleſiæ ritu communionis poſt cœnam 531. fin. ſq. De jure Eccleſiæ aquam paſſim admiſcendi vino Euchariſt. 535. ſq. - - abolendi ritum circumciſionis, & circumſtantias temporis in celebratione Paſchatis. 538. - - mutandi communionem ſub utraque.
M. Matthias *Röder*
Gallus. Prof. Theol. ejus Oratio in Concilio Conſt. habita de Reformat. Eccl. neceſſitate, digna, quæ legatur. V. Prol. 22.
Roma
De fatis hujus urbis, viri veracis & & nobilis Epiſtola apud Niemium II. (XV.) 414.
Romæ ſtatus miſerrimus tempore Concilii Conſt. II. (XV.) 438.
Eccleſia *Romana*
Eſt Synagoga Satanæ, Wiclef. contr. cum diffuſa Condemnatio III. (XIII.) 309. ſq. Non eſt de neceſſitate ſalutis, credere, Eccleſiam Rom. eſſe ſupremam Eccleſiarum id. cum Refutatione Conc. 320. ſq.
Romanæ & Antiochenæ Eccl.
Prærogativa VI. (II.) 16. 17. Petrus Alliac. de Poteſt. Eccl.
Concilium *Romanum* vid. Bubo.
Miſerum illud fuit a Joh. XXIII. convocatum, ſtatim poſt Piſanum in eo bubo comparvit. Hic in Papam oculos vibrat, nec ex Concilio expelli poteſt, hinc ex quibusdam Patribus, alii: in ſpecie bubonis Spiritum S. adeſſe clamitant, at ceterorum riſu excepti. Papa, in quem ſolum bubo fixa acie oculos intenderat, rubore ſuffuſus, vehementer perturbari cœpit, tandemque ſoluto concilio ſurgens abſceſſit. omnes, qui adfuere, in magnum contemtum atque irriſionem adducti. paulatim toto concilio dilapſo, nihil illic actum eſt fructuoſi. hæc Clemangius magna fide corroborat teſtis oculatus. I. (II.) 67. 68.
Romanciæ (Romans) fabulæ Mileſiæ, jam Gerſonis tempore notæ, quarum hic inimicus. I. (IV.) 48.
Roſa
Aurea conſecratur a Martino V. & Johanne XXII. & offertur Cæſari, IV. (II.) 55. & (XII.) 1532.
Rudolphus El. Sax.
Inveſtitur Conſtantiæ a Sigism. Cæſ. IV. (X.) 1321.
Rudolphus Auguſtus Dux Br. & Lun.
Ejus imago ær. inc. Tom. I. init.
Ex apparatu MSStorum in Bibliothecis ſuis intellexit, Acta Concilii Conſt. minima ex parte hactenus eſſe edita. Hinc Vindebona à Cæſare Leopoldo M. & ex aliis ill. Germaniæ Bibliothecis adſcivit MSSta. longe plurima atque peregregia. Ex his autor fuit Hardtio adornandi hanc novam Actorum Conc. Conſt. editionem ex coævis fideque digniſſimis MSStis authenticis, ſine ſtudio carpendi jura, ſtatum & regimen hodie eminentis Eccleſiæ aut Reipublicæ, quo de ſinceritate fide ac integritate

Digitized by Google

de Curialibus, quantum habere po-tes, immergantur in aqua Rheni - - per triduum &c. it. ex Codice MS. Lipſ. perantiquo: Paſſio in Ro. Curia ſecundum aurum & argentum &c. I. (IX.) 498. fin. ſqq.

Schaffhuſa

Eo fugit Papa Johannes XXIII. Conſtantia, ibique proteſtatur contra ceſſionem Papatus &c. II. (XV.) 400. eſt ditionis Frider. Auſtr. qui Papam eo ſequitur nocte eadem. ibid.

à Schelſtrate Emanuel

Laudatur I. (XXII.) Pr. I. (XXIII.) Pr. 1016. ſq. excuſatur ob errores, quando putavit: Illum quoque Articulum de Reſervationibus Papæ (ex Martinea Reformatione Curiæ Rom.) eſſe prætermiſſum a Martino V. Papa, ſicut omiſit hic Martinus Articulum VIII. De officiis Cancellariæ &c. ib. conf. 1020.

Schiſma. v. Johannes XXIII. Gregor. XII. Bened. XIII.

40. Annorum, a tribus Anti-Papis etiam poſt PiſanumConcilium continuatum, tollendum per Sigismundum Imper. I. (I.) 3. Theodorico Vrie prædictum id videtur in Prophetis ibid. 4. miro ſomnio!

Idem Schisma per invectivam Eccleſiæ in tres Papas deſcribit. I. (I.) 20. ſq.

Ejusdem fontem: publicam impietatem Eccleſia agnoſcit & apud Deum deprecatur I. (I.) 23. ſeqq. alius fons: plebis Rom. furor Papæ Electionem ſibi arrogantis, ib. 37.

Sublatum id iri per Sigismundum Imp. Carmine conſolatorio præcinit. I. (I.) 25.

Totam Shismatis hiſtoriam uſque ad Joh. XXIII. id. recenſet I.(I.) 40.ſq.

Schismatis per longam Pontificum ſeriem incrementa, ambitione regente omnia & Simonia. I. (I.) 44. ſqq.

Schismatis ſanandi medela unica: publica morum emendatio, cujus ſpem præbet Concilium Conſt. ope Sigismundi. I. (I.) 45. ſq.

Concilia ſemper Schismatum antiqua remedia I. (I.) 90. ſq. fuſe idem deducit. it. Henr. de Langenſtein II. (I.) 6. ſq.

Schismata Pontificum Rom. uſque ad Seculum XIV. I. (I.) 99. ſq.

De Schismate XL. annorum tollendo Paparum Gregorii XII. Bened. XIII. &c. epiſtolæ amœbeæ it. eorund. ad Rupertum Imp. ad Cardinales, aliosque I. (I.) 134-148.

Synodum ſuper Unione uterque Papa conſtituit in urbe Savona, eludente eam & tergiverſante Gregorio XII. ib. 142. ſq.

Schisma manet, Colloquium Savonenſe ſe diſſipat. neuter Papa ad Conc. Conſt. venit. ib. 145.

Neque in præcedente Concilio Piſano tollitur, ſed augetur potius, tria quippe capita pro uno emergunt. ib. 146.

Ægre tandem ſublatum id iri in Concilio Conſt. magna ſpes eſt ib. 150. ſqq.

Tolli cœpit ceſſione Johannis XXIII. & Gregor. XII. Petro de Luna adhuc reluctante. ib. 159-165.

Ad Schisma tollendum inter Eccleſiam Orient. & Occident: offerunt ſe Legati Conſtino politani. ib. 162.

Schismatis Piſano Concilio tollendi innumera damna recenſet *Pileus* Archi-Ep. Gen. Orat. II. (II.) 69. ſqq.

Henr. *de Langenſtein* in *Conſilio Pacis* II (I.) 4. ſq. idem tres modos id tollendi ſuggerit, Pœnitentiâ, precibus, Concilio generali. II. (I.) 6. ſq.

6. ſq. De aliis tribus viis II. (VIII.) 209. NB.

Eadem damna Schiſmatis & remedia urgent Oratores Concilii Piſani & Conſtantienſis omnes; Anonymi II. 163. ſq. 167. ſq.

Andreas Laſcaris. 170. ſq. 177. ſq. Dinckelſpuhel. 183. ſq. Petrus de Candia (mox Pontifex creatus) Orat. in prima Seſſ. Conc. Piſani habita, De Eccleſiæ miſeria ex illo Schiſmate orta II. (I.) 97. ſq. Alliacus & ceteri omnes, quos ſuis quosque locis vid.

Schiſmatis Papalis tollendi mollis via placet Petro de Alliaco & Cardinalibus in Congregat. invitandi tres Papas ad ſpont. ceſſionem, iisque proſpiciendi de honeſto ſtatu II. (VIII.) 196. ſq. 198. ſq.

Eccleſia Schiſmate collapſa ſine Principum auxilio & autorit. nunquam fuit erecta II. (VIII.) 203. ſq.

De tribus viis, Schiſma tollendi, 1) reductionis, 2) diſcuſſionis & determinationis juris, 3) Ceſſionis omnium contendentium, præclare diſſerit Wilh. Philaſterius, Cardinalis S. Marci, & demonſtrat viam Ceſſionis omnium 3 Paparum (ſi ſponte nolint, vi compellendorum) eſſe optimam, facillimam, breviſſimam. Placet id mirifice Cæſari Sigismundo & Nationibus II. (VIII.) 708. ſq. Refutatur à Johannis XXIII. adſeclis ib. 214. ſq. poſt multas dimicationes, pervincitur: tres Papas, ſi pertinaces fuerint, vi eſſe ad ceſſionem compellendos, quod factum. vid. Concilium *Conſt.* Schiſmatis initia & progreſſus deſcribit fuſe Clemangius I. (II.) 1. ſq.

Scholaſtici

Horum inter Canonicos artes pravæ I. (XII.) 671.

Scriptura S.

Principium eſt cognoſcendi primarium in Theologia & rebus fidei, ſecundarium eſt, primorum Patrum & Conciliorum antiquitas ac traditio III. (XVI.) 576. ſq. huc pertinent verba emphatica Simonis de Caſſia III. (XVIII.) 595. de S. S. ejus autoritate, regula interpretandi, ſolide & fuſe Gerſon contra Confeſſionem Univ. Prag. Conſilio dato III. (XX.) 766. fin. ſq.

Scriptura S. autoritatem atque prærogativam præ Concilii placitis illâ non nixis ſtrenue vindicat Clemangius I. (II.) 44. Eccleſiæ autoritas non eſt major autoritate Scr. Sacræ. 46.

Scripturæ S. loca Joh. VI. de neceſſitate fruitionis corporis, & ſanguinis Chriſti & 1. Cor. XI. *Quod accepi & a Domino* &c. III. (XIX.) 743. ſq. 750. ſq. & ſic paſſim in omnibus ſcriptis ſuper S. Cœna controverſis inter Conciliares & Pragenſes Theologos. Scriptura S. eſt præferenda omni Eccl. conſuetudini III. (XXII.) 822.

Semgallia.

Vid. Samogitæ, Dux eorum Vitoldus, Dux Lituaniæ. II. (XV.) 422.

Seſſiones Concilii Conſt.

Vel abſolute tales, i. e. ſolennes XLV, & minus Solennes, quamvis dignitate & autoritate pari, centenæ. accedunt Congregationes ſeu Seſſiones Nationum innumeræ; earum Præſides, qui? &c. IV. (I.) 5. 6. vid. *Conſt.* Concil.

Sigismundus Imperator

Concilii hujus maximi autor & protector Conſtantiſſimus. Electus Imperator Romano-Germ. an. 1410. finito Concilio Piſano, eodem anno quo Johannes XXIII. Papa

Digitized by Google

Papa electus erat, cum quo tot certamina, tandem victricia, inivit, & cui in conventu & Colloquio Laudenſi ægre perſuaſit, ut Conſtantia Germanicæ ditionis in locum Concilii Generalis eligeretur VI. 5. vid. Joh. XXIII. Initio.

Exigua ſpes in eo poſita erat, & Imperii ei deferendi, & impetrandæ per eum Reformationis, ob ante acta ipſius, & fratris Wenceslai pravam indolem. Petrus de Alliaco I. (VI.) 254. ſq.

Ejus Imago æri inc. præmiſſa Tomo I. in ejus labores Herculeos Conciliares fig. æri inc. & carmen Joh. Palatii. ibid. fig. IVta.

Elogia I. (I.) Præf. Majeſtatis ipſius fulmine percuſſi Papæ Joh. XXIII. & Gregor. XII. ſponte ceſſere Papatu. Tertium Caput, Benedictus XIII. ejusdem dextra, pertinaciter licet reluctans, reſectum. ibid. laudes ipſius Theod. Vrie Epiſtola ad eundem I. (I.) 8. 9. Carmine conſolatorio Chriſti nomine ad Eccleſiam I. (I.) 25. ſq. Idem per eundem extollitur I. (I.) 102. ſq. idque non ſine fuco oratorio, iſti ævo condonando.

Andr. Laſcharii Oratio ad Sigismundum Imp. in Conc. Conſt. habita pro Unione Eccl. II. (III.) 170. ſqq.

Dito Nicolai de Dinkelſpühel ad Sigism. Imp. De autoritate Imperatoris res Concilii gubernandi II. (VII.) 182. ſq.

Ex ejus Epiſt. ad Gall. R. Carolum VI. invitatoria memorabile excerptum de inſtituto ſuo Conciliari. IV. (I.) poſt rubrum. Ejus Edictum, quo Concilium Conſtantiam convocat. VI. (I.) 5. ſq. Spiræ ſalvum conductum Huſſo impertit. IV. (I.) 12. Aquis grani coronatur, antequam ſe conferret Conſtantiam. 22. fin. ſq. Papæ Johanni id denunciat per literas 23. Zazembogium ad Concilium mittit cum literis ſignificantibus adventum ipſius. 22. fin. ſq. quem maturandum Papa Johannes urſerat. 23. Huic Cæſar per literas imperat, Huſſum e carcere dimittendum, at fruſtra. 26. magnifice excipitur Conſtantiæ, ſuæque majeſtatis ac intentionis edit ſpecimina atque auguria 28. Ei offertur Gratulatio ſuper electa ad Concilium Conſtantia & admonitio ad utendum jure Cæſareo ad res Concilii inſtruendas, & deponendos tres Papas IV. Prol. 19. ad 28. Dec. 1414. ſub adventum ſuum in Eccl. Cathedr. ipſe, in habitu Diaconorum, legit Evangelium: *Exiit decretum a Cæſare Auguſto* &c. non ſine ſingulari, vel conſilio, vel omine IV. (I.) 29. circa fin. eodem omine illi templum ingredienti porrigit Papa Johannes enſem. ibid. & IV. (II.) init. 30. ex Vrie. depoſito Papa Johanne vindicatum it jura perdita Imperii, ſaltem quodammodo; Epiſcopos & Præſides Eccleſiarum Germaniæ ipſe conſtituit. IV. (III.) 299. 300.

Sigismundus Papæ Johanni XXIII. ſpondenti abdicationem Papatus pedes ſordidos oſculatur, flexis poplitibus II. (XIV.) 312. fugam meditantem dehortatur, blande offerendo loca tuta, amœna, ſalubria, at eluditur a Papa, illum inde convitiis proſcindente, quæ Sigismundus generoſe diſſimulans tolerat. II. (XV.) 395. ſq. parat iter in Hiſpaniam, quo compelleret ad ceſſionem Petrum de Luna, Papam. 393. ſq. Papæ Johannis

Digitized by Google

id iter ambientis callidum conſilium evertit 394. fin. ſq.
Gerſonis Oratio Propemtica ad iter Sigismundi in Hiſpaniam II. (XVII.) 471. ſq.
Inſidiarum Concilio poſitarum nullus finis futurus eſſet, quia Reges Hiſp. cum multis Magnatibus Galliæ & Hiſpaniæ a Benedicti XIII. patribus abſtrahi non poterant, niſi Sigismundus ipſe in Hiſpaniam Galliamque ſe contuliſſet, & ſacro ſuo ore pectora regum emollivisſet atque in Conſenſum Conciliii pertraxiſſet. I. (II.) 37.
Eccleſiæ lugubre Carmen in eum abſentem, pacis conciliandæ gratia in Hiſpaniam & Galliam digreſſum, Theodorici Vrie I. (I.) 191. idem iſtius ex Hiſpania revertentis merita prædicat, proſa & ligata oratione 218. ſq.
De ejus itinere ſuſcepto in Hiſpaniam ad Regem Arragoniæ de Benedicto XIII. compeſcendo, de pactis ſeu Concordatis cum Hiſpanis initis ſuper unione Eccl. per removendum dictum Antipapam, de miſſis ſuper his pactis & toto negotio feliciter confecto nunciis ad Concilium Conſt. &c. vid. IV. (IV.) 305. ſq. & II. (XVII.) 415. &c. Abitum parans Narbona a multis regibus retinetur. 421. Rex Arragon. artibus Petri cum hoc conſpirat. mox autem Sigismundi ardore iterum in eum, concitatur cum omnibus Hiſpaniarum ordinibus. Petrus fugit, at ceſſionem abnuit. eriguntur Concordata inter Hiſpanos & *Sigismundum*. 429 - 434. Sigismundus abit in Galliam, eam cum Anglia conciliaturus 434. Ejus conſilium Terram S. a Turcis recuperandi, pacato Occidente. *Sigismundi* & Legatorum Concilii Conſt. Acta & negotia Hiſpanica de Ceſſione Bened. XIII. elicienda. II. (XVIII.) tot. vid. *Benedictus* XIII.
Concordata Sigismundi & Legatorum cum Hiſpanis. II. (XVIII.) 540. ſq. ejus 12 momenta vid. Tit. *Benedictus*.
De Sigismundo quoque agit Vrie I. (I.) 188. 189. ſq. Fratrem Wenceslaum captivum tenet 189. fin. Rumores in Conſt. Conc. de Sigismundi cæde, tunc abſentis in Hiſpania. 190.
Ejus primus & præcipuus ſcopus Concilii congregandi fuit reformare mores Eccl. quod paſſim in Seſſionibus urget.
Idem revertens ex Hiſpania pro pace civili inter Gallos & Anglos paranda Pariſios venit magnifice exceptus 1. Mart. 1416. IV. Prol. in Indice 36. hic comes Cæſaris, Archi Ep. Gnesnenſis poſtea multas turbas concivit. ibid.
Ex Gallia venit Londinum 7. Maj. 1416. IV. (VIII.) Prol. Ind. 37. ſcripto injunxit Concilio, ut nihil ardui ſe abſente ſuſciperent. IV. (X.) 782. fin. damnarunt tamen & cremarunt Hieronymum Pragenſem, proteſtante Cæſaris Reſidente Caſpare Schlikio IV. (VIII.) 764. Londino redit Conſtantiam, ſplendide exceptus, poſtquam pro ejus abſentis felici expeditione ſingulis diebus Dominicis proceſſiones in Concilio ſolennes inſtitutæ fuerant. IV. (X.) 1090. ſq. Ejus certamina ingentia pro Reformatione ſtatus Eccl. electioni Papæ præmittenda contra Cardinales &c. 1335. 1353. ſq. (XI.) 1394. ſq. 1398. 1414. ſq. 1426. donec cedere cogeretur majori, licet deteriori parti. 1431. divertit ſoluto Concilio Baſileam cum Sabaudo, Burgundo, aliiſque Princi-

Principibus res arduas tractaturus (XII.) 1584. hinc Ulmam, Ottingam, Ratisbonam, Pataviam ſe confert, poſtquam virtutum ſuarum æterna dederat documenta. ibid.
Conf. quoque de acerrimo certamine Ej. cum Cardinalibus ſuper Reformatione electioni Papæ præmittenda I. (XX.) Pr. velut immemor ſuæ Majeſtatis irrumpens in Conclave præ gaudio, Martino V. electo gratulatur eum amplexus. I. (XXI.) 951.
Ejus Diploma, germ. idiom. datum in Conc. Conſt. Viſitatoribus Benedictinorum. d. 17. Jan. 1417. I. (XXVI.) 1111. 1112. Diploma hoc probat Cæſaris in Conſtantienſi emendationis negotio conſtantiam I. (XVII.) 1117. Sigismundi Reformatio germ. idiomate 1521. impreſſa circumfertur & perperam ad Concilium Conſtant. refertur. examinatur critice hic liber I. (XXVII.) Pr.
Ejus vita MSta per Eberh. Windeck ſermone germ. V. Prol. 6. ſq. per Cuſpinianum & alios deſcripta V. Prol. 7. promiſit quondam Cæſar Leopoldus hujus vitæ monumenta ſubmittere aliquando. ib. Carmen in *Sigismundum* ſub Seſſ. XXX. Concilii templo affixum 7. 8. ſq.

Simonia

In Simoniacam curiam Papalem &c. invectivum carmen Theod. Vrie I. (I.) 10. ſq.
Immedicabile Simoniæ malum graphice depingitur. I. (I.) 60. ſqq. 104. ſq.
Ejus exemplum inſigne: Epiſcopatus ab Henrico III Imper. (tunc Principe juv.) venditur pro fiſtula argentea, qua pueri aquam jaculari conſueverunt. ibid. 63.
Simoniæ & indulgentiarum venundationi in Conc. Conſt. medendum ſperatur. I. (I.) 105. ſq.
Simoniacorum præclaræ regulæ. ibid.
Johannis Papæ XXIII. Simoniam nefandam deſcribit in Conc. Conſt. Bened. Gentianus, Acad. Pariſ. Legatus; *Vendiderunt publice, veluti porcos in foro, dignitates Archi-Epiſcopales, Epiſcopales, Abbatiales, Canonicatus, Præbendas, Eccleſias Parochiales, pretio appretiato - - - - Bullæ* expediuntur non in Cancellaria Apoſtolica, ſed *in Banco* nummulariorum ſeu *mercatorum*, maxime Florentinorum - - - - *Chriſtus ementes & vendentes Templo ejicit, iſte Papa & ſui in Templum introducunt, menſas nummulariorum in templis erigunt, quas Chriſtus ſubverterat & iſta ſunt notaria* & manifeſta. Neque attinet eos accuſare, quod publice in oculis omnium faciunt. II. (XI.) 282.
Simoniacus enormis, *Joh. Creit*, fortitur prædas cum Balthaſare & hujus Secretariis, ob crimina plectitur a Conc. Conſt. II. (XV.) 456. 458. ſq.
De Simonia, in Conc. Conſt. damnata integer Tractatus Joh. Gerſonis I. (IV.) tot.
Bonifacii IX. & Joh. XIII Archi-Simoniacorum artes ib. Pr.
Simonia quid? I. (IV.) 1. quid non ſit Simonia? 21. ſq.
Papæ immunitatem a Simonia in percipiendis primis fructibus & annatis impugnat. idem 617. ſq.
Simoniæ variæ conditiones, gradus & effectus, nec non remedia 13. ſqq.
Idem de Simonia fuſe. I. (V.) 89. ſq.
Quantum Simonia dedecus & damnum intulerit Eccleſiæ, Ullerſton. I. (XXVII.) 1137. ſq.

Digitized by Google

De *Simonia* Curiæ Ro.
Petrus de Alliaco fuſe. I. (VII.) 284. ſqq. Virtus nulla ſine pecunia. Sanctus e Cœlo non fieret in Ecclesia Prælatus ſine auro. 286. Promotiones Clericorum ſunt aurifodinæ Italorum. 287. pecunia parat munia. 290. 302. ſq. 304. ſq. Simoniam vivis coloribus ſui temporis Curiæ Ro. depingit Paulus Anglicus I. (IX.) Pr. 495. ſq.
Simoniacas quoque artes Papæ & Prælatorum deſcribit Clemangius de ruina Eccl. I. (III.) 25. ſq. Obijicienti Evangelium: *gratis accepiſtis, gratis date*, reſpondent: Se minime gratis (Sacerdotia &c.) accepiſſe, inde ſe non adſtrictos ad gratis dandum.
Contra Simoniacos, Reformatorium Coll. I. (X.) 593. ſq. it. 628. ſq. I. (XI.) 661. ſq. circa Electionem ejusd. Coll. Decretales I. (XII.) 671. ſq. 740. ſq. item I. (XVI.) 829. 830. 841. 844. ſq. Steph. de Praga. item Mauritius de Praga Oratt. in Conc. Conſt. habitis de maturanda emendatione Status Eccl. I. (XVII.) 860. ſq. 864. ſq. - 869. ſq. Bernh. Baptiſati Invectiva in corruptum Clerum I. (XVIII.) 881. ſq. 885. ſq.
Simonia quoque cum aliis Cleri vitiis per teſtes corruptionis Eccl. acerrime perſtringitur, v. g. citatos V. Prol. 22 - 26. inter hos Vitalis Ep. Tholonenſis - - - - *Quæ quæſo*, inquit, *Origo Schismatum, niſi pecunia? Quæ per totum orbem Eccleſiarum confuſio, niſi pecunia?* - - - Licet ob hujusm. deformitatis remedium congregetur Concilium, *certiſſime credo, quod in diebus noſtris non videbitur tam deſenſati ſceleris correctio* &c. ibid. 26.
Simonia per Papam Martinum V. exſtirpanda I. (XXIII.) 1032. cum tamen idem Martinus fontem Simoniæ peſtilentiſſimum, Cancellariæ & Pœnitentiariæ Regulas, reliquerit intactum. I. (XXIII.) Prol. tot. De Simonia in foro conſcientiæ providetur I. (XXIV.) 1064. Concordata Germ. Nat. cum Mart. V. Simonia delituit ſub Diſpenſationibus, Ullerſton. I. (XXVII.) 1090. ſq.
Slick Caſp.
Ejus Elogium I (V) 194. vid. Joh. *Hus.* & IV. (VIII.) 764.
Solis Eclipſis
Admiranda, tempore primum examinati Huſſi, non tamen pro omine habenda. IV. (IV.) 308.
Alfonſus *Sotto*
Forte Gloſſator Regularum Cancellariæ Rom. vir ingenuus, JCtus doctus I. (V.) 212. ſq.
Spirituum probatio
Gerſonis Liber de ea III. (III.) 28. ſq.
Spondanus
Miratur merito, Concordata Martini V. cum Nationibus ſigillatim inita nusquam edita apparere, quæ Hardtius primus ex MS. authent. publicavit integrius, quam recenſentur ap. Schelſtratenium & Labbeum. I. (XXIV.) 1053. med.
Hic & ceteri Scriptores meminere quidem, actum eſſe in Concilio Conſt. de Eccl. Ordinis emendatione multis congreſſibus. Sed quid concluſum, definitum, quid, & unde dilatum, vix verbo indicant, nedum *monumenta* ipſa exhibent. I. Prol. 35. ſicut vaſto hoc Opere factum.
Idem Spondanus vidit XXX. Voll. Actorum MS. Schismatis Papalis, Conc. Conſt. antegreſſi II. Prol. 11.

Spurii

Spurii

Ab officiis Eccefiaſt. excludendi. I. (XII.) 679.

Stephanus de Praga

Ejus Oratio in Conc. Conſt. de maturanda Eccl. emendatione I.(XVI.) tot. 823. ſq. quis fuerit? ambigitur. ib. Pr. 822.

Studia vid. Eruditio, Linguæ.

Studioſi

De exemptionibus eorum, Ullerſton I. (XXVII.) 1147. ſq.

Joh. *Stumpf.*

Ejus Hiſt. germ. Concilii Conſt. epicriſis in eam Hardtii. V. Prol. 21.

Conr. *Summerhart*

Theologus Tubingenſis perſuadet Epiſtola Hieronymo de Croaria editionem primam MSti Epitomes Actorum Conc. Conſt. IV. Prol. 4. ſq.

Suſatum

Suſatenſium fortitudo. I. (V.) 194.

Güntherus Comes *a Swarzburg*

Hujus, ſupremæ aulæ Cæſar. Judicis controverſiæ cum agnatis in Concilio Conſt. deciſæ. V. Prol. 13. Hiſtoria hujus rei ex P. Jovio. 1314. 15. alius Guntheri Com. Swarzb. Epiſcopi Magdeb. lites cum Gaſp. Ganſen de Putliz, de erepto oppido Sandow, in eodem Concilio deciſæ ibid. 11. 12. vid. *Güntherus.*

Æneas *Sylvius* vid. *Æneas.*

Synodi vid. *Concilium*

16. Synodi ſunt celebratæ in partibus Orientalib9, & haut multo poſt aliæ 16. Synodi in partibus Occidentis, & hæ 32. Synodi fuere habitæ intra 60 annos, inde a baptiſmate Conſtantini M. uſque ad tempora Venerab. Bedæ. De omnibus his Synodis, ut & de antiquiſſimis, de cauſis ſex generalium Synodorum, de neceſſitate Concilia noſtra ætate frequentius celebrandi, &c. agit fuſe Andreas Ep. Magorenſis, Hiſpanus *in Gubernaculo Conciliorum.* VI. (IV.) 221-228. ſqq.

T.

Templa

Nova, non ita ornanda picturis. P. de Alliaco I. (VIII.) 423. hymni novi abolendi. ibid.

Teſtamenta

De horum per Clericos factorum abuſu. I. (XII.) 703.

Teutonicus Ordo. vid. *Cruciferi.*

Ejus origines II. (XV.) 440. ejus lites & bella cum Polonis vid. Uladislaus it. *Conſtant.* Concil.

Ejus & Poloniæ Regis Legatorum lites coram Conſt. Concilio. II. (XV.) 442. ſq.

Ejus Ordinis nimia licentia 441. laus ejusd. 442.

Ejusd. ſtrages inſignis & antegreſſa ſuperbia, qua Regi Polonorum Uladiſlao miſerunt duos gladios evaginatos, quos ille accepit, eosque ad internecionem horrendo prœlio fudit. II. (XV.) 360. ſq.

Theologaſtri

Hi deſcribuntur. I. (V.) 226.

Thomas d' Aquino

Ejus ſententia, cur in quasdam Eccleſias irrepſerit mos communicandi ſub una, ob periculum ſcil. effuſionis, ad quod reſpondet Jac. de Miſa contra Brodam III. (XVI.) 547. ſq. & contra Bonaventuram 550. ſq. 518. ſq.

Tonſura Cleri

De hac vid. Reformator. Conſt. I. (X.) 643.

Traditiones vet.

De jure Eccleſiæ eas mutandi. III. (XVI.) 539. fin. ſq. Jac. de Miſa contra Brodam.

Transſubſtantiatio

Stabilitur contra Wiclefi Art. III. a

Digitized by Google

Concilio Conſt. III. (XIII.) 212. ſqq.

Treuga & pax

De hac rectius ſervanda I. (XII.) 618. ſq.

Trevirenſis El. vid. *Otto.*

Tridentinus Epiſcopus Georg.

Lis ipſius cum Auſtriæ Duce diſceptatur in Concilio Conſt. Seſſ. XX. contra Ducem monitorium publicatur pro Epiſcopo. IV. (VIII.) 533. 534. ſq. (IX.) 821. ſq. (X.) 1103. ſq. 1092. 1093. ſq.

Turci

Tempore Concilii, abſente Cæſare, Boſniam invadunt. Proditor ipſe præfectus a Sigiſmundo conſtitutus. Chriſtiani vincunt Turcos. Proditor novis artibus Chriſtianos ſeducit & perdit. hinc horum ante victorum magna ſtrages. XXX millibus in miſeram ſervitutem abductis. II. (XV.) 416 - 418.

Tyrannus. vid. Joh. *Parvus.*

Rex aut Princeps num jure à ſubditis ſit occidendus? quæſtio, in Gallia paulo ante Concil. Conſt. Synodo Provinciali contra Ducem Burgundiæ, qui Ludovicum Aurelianenſem, Regis Car. VI. fratrem, per ſicarios trucidarat, & Burgundi Advocatum Joh. Parvum, magnis motibus agitata & damnata, devolvitur ad Concilium ipſum: ubi poſt infinita ſcripta Gerſonis, Petri de Alliaco &c. contra J. Parvum, Johannis de Falkenberg, Epiſcopi Atrebat. & aliorum pro Parvo, libro, damnatur quidem Parvi doctrina, ſed ita, ut Papa Martinus V. condemnationis confirmationem ſuſpenderet; ringentibus Gallis & Polonis. vid. cauſæ Hiſtoriam & Actorum Synopſin. III. Prol. 9 - 14.

U.

Uladiſlaus Pol. Rex

Fundit acie Teutonic. Ordinem, Dominos Boruſſiæ & Lithuaniæ. II. (XV.) 360. ſq. quod Papa Johannes XXIII. negavit, vel neglexit, Sigiſmundus Cæſar peregit, & bella compoſuit. ibid.

Ullerſtonus (Richardus)

Anglus, ſexennio ante Concil. Conſtant. ſcribit Petitiones, quoad Reformationem Eccleſiæ militantis, opus præclarum. I. Prol. 31. I. (XXVII.) tot.

Ejusd. vita, & ſcripti libri: Petitiones Reformationis Eccleſiæ militantis occaſiones. I. (XXVII.) 1123. ſqq. mittitur liber MStus obſtetricante Leibnitzio Duci Brunſv. Rudolpho Auguſto, per Gilbertum Burnetum. conf. I. (XXIV. & XXV.) Prol. Cetera ejus ſcripta edita & anecdota. I. (IX.) 500. ſq.

Henr. de *Ulm*

Conſul Conſtantienſis creatur eques a Sigiſmundo Cæſ. IV. (XII.) 1502.

Unio Eccleſiæ v. Schiſma.

Uniones

De his vid. Reformatorium Conſt. I. (X) 626.

Urbanus VI. Papa.

Ejus prava indoles. I. (II.) 1. ſq. Romæ ruina ſub eo & ſucceſſoribus 2. ſq. eſt fons magni Schiſmatis ibid. opponunt ei Galli Clementem VII. meliorem illo, Turbano dicto, ibid.

V.

Bertrandus *Vaqueri*

Carmelita, Prof. Theol. ejus Oratio in Concilio Conſt. habita de Cleri corrupt. & emendat. V. Prol. 24.

Veſtes

Veſtes
Caudatæ Pontificum, Prælatorum &c. multis gerulis ſequentibus in terra ſerpentes, deſcribuntur a Theod. Vric. I. (I.) 66. ſq.

Veſtes Clericorum
De his Reformatorium Conſt. I. (X.) 636. ſq.

Vicarii
Perpetui Eccleſiarum inſtituendi. I. (X.) 632. ſq.

Vindebona Auſtr.
Ejus magnificentia. I. (V.) 194.

Viſiones
Tres modi & regulæ in viſionum examine, Gerſon de probat. Spirit. III. (III.) 29. 31. ſq. Conſiderationes 12. circa eas 28-38.

Viſitationes Eccl.
Annuæ inſtituendæ. nec, ut fit, lucra pecuniarum magis quærenda, quam animarum. 737. ſq.

Vita honeſta Eccleſiaſticorum vid. *Clerici* & Jacobus Laud.

Vitalis Epiſcopus
Tholonenſ. habet Orat. de Reformatione Eccl. IV. Ind. Chron. ad 6. Jan. 1416. p. 39.

Vitulus rufus
Aaronis idololatricus per Moſen abolitus contenditur cum idolo falſoque cultu, quem Joh. XXIII. Papa erexit, & Sigismundus deſtruxit. I. (V.) Pr. tot.

Paulus *Voladimirus* v. Pagani.
Pol. Regis Legatus, vir cordatus & doctus, demonſtravit adverſus Cruciferos Pruſſos: Chriſtianam fidem armis propagare nefas, nec ſuis terris, religionis prætextu, paganos exuendos eſſe, Controv. in Conc. Conſt. diu agitata. III. Prol. 14.

Theodoricus *Vrie.* Cardin.
Præſens in Concilio Conſtantienſi fuiſſe videtur. aliis perperam *Uric*, *Vrias*, *Vria*, audit. Germanis & Osnabrugæ patriæ ſuæ ejus natales vindicavit Ven. Hardtius. Ejus Hiſtoriam Concilii Conſtant. nomine Conſolationis Eccleſiæ ex tenebris in lucem idem primus protraxit. I. Prol. 23. ſq. I. (I.) Pr. poſitam in fronte Tomi I. Partis I. cum Gerſone & Clemangio magnus in Concilio teſtis veritatis ibid. cur Hiſpanis eum accenſeant Itali? I. Prol. 23. & I. (I.) 222. ſq. Hiſtoria ipſius, Colloquii Chriſtum inter & Eccleſiam formam præfert, ut eo tutius ac liberius publicam corruptionem detegeret. I. (I.) Pr. a 3. Vita ipſius I. (I.) 222. ſq. æmulatur Boëtii Conſolationem Philoſophiæ, & Gerſonis Conſolationem Theologiæ. Vidit Concilium Piſanum, Conſtantienſe & Senenſe, a Martino V. ex decreto Conſtant. convocatum, anno 1423. it. Auguſtinianorum Concilium Generale, quo finito denuo publicavit Hiſtoriam de Conſt. Conc. exſpectationis Eccl. Ref. fruſtratæ indicem. I. (I.) 224.
An Concilii Baſil. tempora vivendo attigerit, incertum. I. (I.) 224. Concilione Conſt. interfuerit inter XVI. ſui Ordinis (Auguſtinianorum, quorum ipſe exſtitit illuſtre membrum) noſter Vrie, veriſimile quidem eſt, affirmante id Hofmanno, ſed nulla allegandorum monumentorum fide. probat id, (interfuiſſe eum Conſt. Concilio) Ven. Hardtius inter alia, vel eo, quod vix ab aliquot diebus vel hebdomadibus geſta in Concilio, calamo ſtatim ſuo conſignaverit. v. gr. Creationem novi Pontificis Martini V. in Concilio d. 11. Nov. 1417. factam, vix ſeptiduo elapſo jam deſcripſerat Theod. Vrie, adjectis omnibus circumſtantiis.

Digitized by Google

Qui tam diſtincte, tam cito literis alio per nuncios (Rhedæ publicæ ſeu *Poſta* cum non exiſterent) nunciari potuiſſent? Ergo ſaltem haut longe a Concilio abfuit, ſi non, quod verius, omnino interfuiſſe cenſendus eſt. Fuit Vir vigilantiſſimus, litium Eccleſiaſtico - politicarum, Simoniæ, arrogantiæ de primatu contendentium, aliorumque vitiorum tunc publica lue graſſantium, hoſtis infenſiſſimus. Imperio Romano, Principi, magiſtratui civili jus verbi conſtanter vindicat. Maculas curiæ Romanæ detegit. Emendationem publicam exoptat, impedimenta acerbe deplorat.

Sigismundi Imp. pro Reformatione Eccleſiæ ardorem in cœlum uſque extollit, ſicut & Ferdinandi & Alphonſi Arrag. Regum. Ceterum Ex ſuo eum ſeculo trahere quasdam opiniones erroresque ſubinde univerſales, non mirum. Inter cœcos enim vel luſci erant rariſſimi. Huſſum, Hieronymum &c. æque acerbe perſtringit, ac vitia curiæ Papalis ac Cleri, ut ſtyli ipſius acrimoniam, quæ multis notatur, in Clerum Romanum, ex ſtudio Huſſitarum profectam fuiſſe, dici certe nequeat. I. (I.) 225. ſq. quanti laboris fuerit hoc vetuſtiſſimum & abbreviaturarum uncis & plicis horrendum MStum Autoris extricare & in lucem, quam meruit, protrahere, indicat Hardtius 226. 227. conf. I. (II.) Pr. Q. 2. Q. 3.

Germanus fuit non Hiſpanus, quod detexit Hardtio Johannes Schiphowerus argumentis evidentibus. I. (VIII.) 486.

W.

Waldenſium

Sententia de bonis Clericorum, Alliacus. VI. (II.) 16. it. de legitima poteſtate Eccleſiaſticorum, & an Eccleſiaſticus debeat eſſe regenitus? Gerſon. VI. (III.) 82.

a Waldow Joh.

Epiſcopus Brandenb. vid. Lit. B.

Wallenrod (Joh. a)

Equ. Francon. cujus gens in Boruſſia claret. inpr. in Joh. Erneſto à Wallenrod, Boruſſiæ Præſide nuperrimo. I. Prol. 22. ſq. I. (I.) Pr. (II.) Pr. Duo fuere in Concilio præſentes Johannes à Wallenrod, alter Archi-Ep. Rigenſis, magnas res Nationis Germ. nomine confecit. alter autor Hiſtoriæ Concil. Conſt. & peregrinationum ſuarum Hodœporici. Equ. aur. ibid.

Hujus Joh. à *Wallenrod* Equitis aur. incomparabilis Hiſtoria Concil. Conſt. MSta nunquam edita conflagravit incendio, cum Bibliotheca omni inſtructiſſima Dn. Cancellarii Boruſſici à Wallenrod, iſtius abnepotis. Epiſtola gemina de hoc flebili fato Illuſtr. Præſidis Joh. Ern. a Wallenrod ad V. Hardtium. laudatur Opus iſtud Bruſchio fol. 39. & Spangenbergio Heldenbuch Part. II. f. 185. I. (II.) Pr. (R.) monumentum poſuit hujus deperditi cimelii cineri Hardtius ib. R. 2.

Ille Joh. a *Wallenrod* Archi-Ep. Rig. Comes Sigismundi in itinere Gall. querela Ordinis Teutonico-Pruſſ. (cujus erat Magiſter) contra eum, quod habitum ordinis depoſuiſſet, in Concilio Conſt. 439. ſq.

Wallia,

Angliæ ſubjecta, contra Gallos id negantes proterve. V. (III.) 86. ſq.

Car. *Welſerus*

Mittit Duci Brunſv. Rudolfo Aug. MSSta. Norimbergenſia. I. (IV.) Pr. fin.

Wiclef

Digitized by Google

Wiclef vid. Wiclefitæ, Huſſitæ.
Per hunc Anglia & ceteræ multæ Provinciæ ſunt infectæ. invehitur in illum Vrie. I. (I.) 87. Dogmata ipſius XLVIII. ibid. 123. ſq. recenſentur: hæc damnantur in Concilio. 170. III. Prol. 16. fin. ſq.
Plures annos ante Conc. Conſt. ex libris Wiclefi excerpti ſunt articuli, eorumque præcipui XLV. hi Pragæ, inque aliis Academiis, & tandem in Concilio Rom. A. 1412. ſunt condemnati. Hus horum Articc. defenſionem in ſe ſuſcepit, rationem condemnationis ab adverſariis poſtulans. Hinc examini ſubjiciuntur patrum Conſtantienſium. hinc multa ſcripta prodiere, ſecuta tandem Conciliari condemnatione a. 1415. d. 4. Maj. III. (XII.) ſq. 168. ſq.
Brevis Cenſura 45. articulorum Wiclefi 169. ubi variæ poſitiones imputantur Wiclefo, interdum abſonæ, v. g Deus debet obedire Diabolo 172. omnes religiones indifferenter introductæ ſunt a Diabolo. 210. coll. III. (XIII.) 224.
Wiclefus conciliatur cum doctrina Jacobi de Miſa & Bohemorum in doctrina de reali corporis & ſangv. Chriſti in S. Cœna præſentia, quam negare viſus eſt ille. III. (XXIII.) 884 - 933.
De Wiclefi memoria condemnanda conſultationes. IV. (III.) 147. ſq. (U 4.) Wiclefitarum citatio valvis templorum affixa 149. (X) altera eorum citatio 150. (X) Wiclefi memoria cum libris damnata ibid. ſq. Sententia condemnatoria Articulorum XLV. Wiclefi, 153. (X 3.) Libri ejus damnati 156. (X 5.) alii CCLX. Articuli Wiclefi damnati 156. (X fin.) Concilium damnat eum Hæreticum, & mandat exhumari oſſa ejus ib.
Wiclefitæ Bohemi (Huſſitæ)
Eorum deſcriptio longa ex Reinheri celebris Theologi, ord. Prædicat. olim 17. annis inter Bohemos Hæreſiarchæ libro: de Erroribus Hæreticorum. affertur per Anonymum ſub Concil. Conſt. contra Jacobum de Miſa & communionem ſub utraque; ſigna eorum dignoſcendorum, laudi potius quam vituperio ducenda, affert longe plurima, v. g: ſunt Wiclefitæ Bohemi in omnibus compoſiti & modeſti.
Superbiam in veſtibus averſantur.
Negotiationes non habent, propter mendacia, juramenta & fraudes - - ſed tantum vivunt de ſuo labore.
Majores diſcipuli ſutores, ſartores, textores, qui ulterius alios per angulos docent.
Divitias non multiplicant, ſed ſolum neceſſariis ſunt contenti. - -
Caſti ſunt & temperati.
Tabernas non viſitant, nec alias vanitates.
Semper aliquid operantur, vel diſcunt, vel docent.
Ideo parum dant (Monachis) - - -
Nec horas Canonicas laudant, dicentes:
Melius eſt unum Pater noſter precari, cum devotione, quam longæ horæ Can. ſine devotione.
Libenter communicant,
Prædicationes viſitant. Sed libenter prædicatorem capiunt in ſermone.
Non jurant, id habentes peccatum.
Semper ſunt contra clerum.
Novitates ſemper inducunt, quæ ſunt contra obſervationes Eccleſiæ Dei, ſcil. Romanæ. hanc ſedem pro nihilo putantes.
S. Scripturam aliter exponunt, quam - - acceptavit Eccleſia Romana.
Parum loquuntur & humiliter.
Et ſunt de bona vita apparenti. plerumque ſunt pallidi &c. III. (XIX.) 664 - 670. de conventiculis eorum, quibus explicant S. Scripturam 691. ubi, *una fuit mulier,* inquit,

inquit, *quæ ſcivit mentetenus de verbo ad verbum librum Hiob*, quod valde reprehendit. ibid. ſq.

Wilhelmus de Monte vid. *Colonienſis*.

Wimphelingius Jac.

Ei datur a Cæſ. Maximiliano I. negotium, Sanctionem Pragmaticam de Eccleſ. Reformatione monitis illuſtrandi, quod fecit. I. (V.) 216. ſq. ejus Avunculus, Jacobus *Spiegel*, Caroli V. Secretarius. 217.

Wimphelingius monachum mendicantem amice admonet, ex verbis Chriſti: *Ne timeatis eos, qui corpus poſſunt occidere* &c. Chriſtianum debere paratum eſſe ad quasvis perpeſſiones, cui ille ſubſannando reclamitat: *Hoc faciat Cacodæmon vice mea!* I. (V.) 223. fin. ſq. Wimphelingii lepidiſſimi verſus in corruptum Clerum 227. ſq. confutàt Æn. Sylvii Germaniam, Libro eleganti, cujus excerpta vid. 229. ſq.

Robertus *Wingfield*

Eques Anglus Legatus ad Maximilianum Cæſarem. edit quædam MSta de jure Nationis Anglorum in Concilio Conſt. emendatius nunc edita per Hardtium V. (III.) 53. ſqq. ejusd. Aviſamenta de commoda diſtributione orbis Chriſtiani 102. ſqq.

Henricus *Wintonienſis*

Anglus inclytus in Concilio Conſt. V. Prol. 17.

Würtemberg

Hujus Domus ſplendor laudatur Sylvio. I. (V.) 197.

Z.

Zabarellis (Franc. de)

Cardinalis in Conc. Conſt. præſentis Opus (uti videtur) de Reformatione Eccleſiæ I. Prol. 28. mutilaſſe Schedulam in Concilio Conſt. Seſſ. IV. 30. Mart. prælectam accuſatur a Gentiano JCto. II. (XII.) 281. mutilavit nimirum prælectam publice Seſſionis IV. Decreta, omittens verba, quibus Concilium jus ſuum in corrigendum Papam declarat, hinc vehementes turbæ in Concilio coortæ; quæ ita terminatæ fuere, ut nova Seſſione V. eadem Decreta plene atque integre prælegerentur. De hac controverſia Zabarelliana, & inde motis noſtra ætate acerrimis litibus ſuper ſenſu Seſſionis IV. & V. Decretorum, Gallos inter & Italos, Maimburgium, Schelſtratenum, Natalem Alex. aliosque illuſtres viros pleniſſime agit Hardtius VI. (II.) 12-14. viam eos ex edita nunc integrius ſerie actorum conciliandi facilem commonſtrans. ibid. 13. ſq.

Ejusd. Franc. Zabarellæ Acta in Concilio Piſano & Conſtant. latent forte alicubi in Bibliothecis, quæ ut exquirerentur & ederentur, vehementer exoptat Hardtius. I. (IX.) 501. 502. ſq. Librum cui tit. Capita agendorum in Conc. C. de Reform. Eccl. ei vindicat Hardt. I. (IX.) 503.

Ejus vita, oratione funebri eleganti a Poggio in Concilio habita, delineatur. I. (IX.) 537. ſq. nimia vocis contentione pro electione novi Papæ Reformationi præferenda, declamitans in Concilio Conſt. præſenſit mortem inſtantem, hinc exclamans: *hanc Orationem fore ſuum teſtamentum*, quod ſtatim evenit. 543. Aliꝰ Anonymi ſermo funebris eid. ib. hab. 546-552.

De ejus morte, ex nimio ardore animi, & vocis contentione, contracta, exequiis, parentatione, vid. quoque IV. (XI.) 1417. 1430. ſq.

Ej. Epitaphium I. Prol. 10. Ejus opus: de *Conciliis, & diſſidiis* ope Concilii tollendis, a Schardio editum. MS. ejusd. tenet Hardtius multo integrius. II. Prol. 17.

M. Joh. *Zachariæ*

Theol. Prof. Erfurt. Hoc viro acri & docto nemo magis in Concilio Conſt. urſit diſputando Huſſum a ceteris invictiſſimum. Ej. Or. acris de corrupt. Eccl. in Conc. Conſt. V. Prol. 25. ſq.

Digitized by Google